



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1063. Usque Ad Annum 1100

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1761**

**VD18 90117964**

Liber LXI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66363)

S. GREGORIUS VII. PAPA ABSOLVENS  
HENRICUM IV. IMPERATOREM.



HISTORIA  
ECCLESIASTICA.  
LIBER LXI.

S. ALEXANDER II. PAPA.  
HENRICUS IV. IMP. OC. CONSTANTINUS  
DUCAS IMP. ORIENTIS.

§. I.

*Schisma Florentinum.*

**I**n Italia Episcopus Florentinus Saculum XI.  
& Monachi exortis jurgiis A.C. 1063.  
acriter dissidebant. Episco-  
pus, nomine Petrus, patria Papiensis, *Andre. Jan. tom. 3. Ital. pa. Sac. p. 94.*  
*Hist. Eccles. Tom. XV.* A

Sæculum XI. patrem habebat Theuzonem *Mezabarba*  
A.C. 1063. virum nobilem, sed simplicissimum,  
 quem, ad Episcopum filium suum aliquando invisentem, cum Florentini improba solertia interrogassent: *Domine Theuzo, an multum Regi dedisti, ut filio tuo banc Dignitatem emeret?* Ille nihil dissimulato crimine, *per S. Syri Corpus,* inquit, *juro, ne quidem vile molendinum a Rege extorquebis, nisi plena manu aurum effuderis. Per Sanctum Syrum, inquam, nihil verius, quam quod iste Episcopatus mihi tribus librarum millibus steterit.* S. Syrus, qui primus Ticinensium Episcopus fuisse creditur, ab Ecclesia nona Decembris honoratur. Monachorum vero Episcopo Florentino adversantium præcipuus erat S. Joannes Gualbertus, novæ Congregationis Vallis Umbrosæ Fundator, cujus auctoritate magna populi Clericorumque pars trahebatur. Is affirmabat, cum Episcopus esset Simoniacus, & ex consequenti Hæreticus, non licere de manibus ipsius, aut illorum, quos ordinasset, Sacramenta accipere. Sed Petrus Damiani, qui tunc Florentiæ versabatur, has lites componere frustra conabatur, & rejecta Monachorum sententia dicebat, nemini licere ab Episcopo separari (\*), nisi prius legitime condemnato.

Quia

(\*) Ja ja, das größte Uebel, welches der Kirche

Quia vero Florentini Petri Damiani Sæculum XI.  
 sensa in sinistram partem interpretaban- A.C. 1063.  
 tur, & accusabant, quod Simonix fave-  
 ret,

A 2

che Jesu Christi begegnen kann, ist die Trennung, weil solche mit der Christlichen Liebe nicht bestehen kann. Es sey nun, daß man sich von seinem rechtmäßigen Bischofe, oder von dem allgemeinen Kirchenhaupte, dem Römischen Pabste, absöndere. Denn solche Sönderlinge versetzen sich selbst in eine eingebildete Kirche, welche kein einziges Zeichen der wahren an sich hat. Die Herren Mosheim und Windheim bemühen sich zwar, nach bereits verfloffenen zweyen Jahrhunderten, eine Protestantische Kirche und Kirchenrechte zu bestimmen; es ist aber eine vergebliche Arbeit, und könnte einmal nichts schlechters seyn. Sie schreiben hin, Christus der Herr habe in seiner Kirche gar keine Regierung, sondern nur eine *Direction* (denn kein deutsches Wort können sie nicht finden, ihr vermeintes Kirchenrecht zu nennen) einführen wollen, und saget Windheim in seiner Anmerkung auf der 25. Seite. Allgem. Kirchenrecht der Protestanten ꝛc. Die ganze Gemeinde soll das Recht haben, dasjenige zu bestimmen, was zur äusserlichen Einrichtung des Gottesdienstes und zur nöthigen Ordnung erfordert wird. Matth. 18. 17. Nun aber sieht jedermann, daß die Worte Christi, auf welche sich diese Herren gründen, Amen dico vobis, quæcumque alligaveritis super terram, erunt ligata & in Cælo, & quæcumque solveritis super terram erunt soluta & in Cælo. sehr ungeschickt

Sæculum XI. ret, data ad eos longa epistola objecta  
A.C. 1063. diluit. In exordio profitetur, quod Simoniam, qua Hæresi nulla esset antiquior, anathematizet. *Verum etiam credimus,*  
 ait,

geschickt von einer äusserlichen Einrichtung und Ordnung verstanden werden, sondern daß der Ausdruck zu binden und lösen eine apostolische und geistliche Gewalt anzeige, welche nicht in äusserlichen und folglich zufälligen Dingen bestehen kann. Da haben wir das Meisterstück, oder einen sehr groben Schnitzer zweener Protestanten, welche sich ohne Ansehen der Römischen nach dem Privatgeist, ich weiß nicht was für einer Kirche, die sie selbst nicht bestimmen und benennen können (denn Evangelisch haben alle Ketzer seyn wollen) ein Kirchenrecht zu schmieden anmassen. Ganz ehrlos ist dasjenige, was der Windheim auf der 34. Seite hingeschmieret: Wären zu seinen Zeiten (Constantins des grossen) ehrliche Bischöfe gewesen, so würde das Volk einige Rechte behalten haben. So aber wurden die Bischöfe Herren der Kirche, und was sie sagten, war ein Gesetz. Also war denn, wenn wir dem Windheim glauben, kein ehrlicher Bischof nicht nur allein unter den dreihundertten, welche der Nicenischen allgemeinen Kirchenversammlung begehörtet, sondern auch auf dem ganzen Erdboden zu finden. Wo war denn damalt die Kirche Jesu Christi? So hätte ein anderer schreiben können, und Herr Windheim bey der ehrlichen Welt wenigstens als ein erträglicher Kirchenrechts-Gelehrter angesehen werden.

ait, totam Gratiae plenitudinem in Ecclesiae potestate esse, ita ut etiam impii, qui in ejus gremio degunt, Sacramenta conferre valeant. Hic lectorem ad ea remittit, quæ in Libro Gratissimus scriptis, & prosequitur: Quod ad vestrum Episcopum spectat; aliqui eum Dignitatem suam pretio emisse contendunt, alii affirmant, gratis in eam Sedem fuisse introductum. Absit autem, ut ego partibus adversis præfervide litigantibus immiscear, aut vivum non convictum tanti criminis condemnem. Tempus Concilii, quod singulis annis Romæ celebrari solet, appropinquat, illuc convertantur, quicunque justas, contra Episcopum suum querelas habere se existimant.

Jam vero ad fratres meos monachos, quos turbarum istarum auctores esse non ignoro, mea divigitur oratio. Dicunt, hujusmodi Episcopos nec consecrare Sacrum Chrisma, nec Ecclesias dedicare, nec ordinare Clericos, nec Missam celebrare valide posse, idque tanta affirmant impudentia, ut Parochos in tribus Ecclesiis ad baptizandum Catechumenos sine unctione Sancti Chrysmatis compulerint. Cum tamen nulli Hæretici eo audaciæ prorupisse legantur, ut Chrisma a Baptismo separarent. Quod si autem quis Chrisma alterius Ecclesiæ accipiat, sicut aliquis de Secta eorum Presbyter facit, Sacrilegium

Sæculum XI.  
A.C. 1063.

Opusc. VI.

Sup. l. LIX.

S. 77.

Sæculum XI. est, & spirituale adulterium. Et infra  
A.C. 1062. de iisdem monachis loquens: *Plus quam*

*mille homines, peruersis eorum sermonibus decepti expirasse non muniti Corpore  
c. 3. & Sanguine Domini Nostri dicuntur. Complures Ecclesias non intrant, nec re-  
verentur, quod eas ab Episcopis indignis consecratas credant.*

Nemo magis hos Monachos ipsumque Joannem Gualbertum ad hæc audendum impellebat, quam aliquis Solitarius Reclusus, nomine Theuzon, qui annis quinquaginta prope Monasterium S. Mariæ Florentiæ in cellula commoratus, omnibus ad se venientibus salutaria monita præbebat. Hujus ergo viri contra Simoniam vitium vehementissime incensi consilia secutus Joannes Gualbertus in foro publico vociferari non dubitavit, Episcopum esse manifeste Simoniacum, vitam suam pro Bono Ecclesiæ extremo periculo exponens. Petrus Episcopus cernens magnam Clericorum suorum populique partem sibi esse infestam, omnibus terrorem se incussurum esse credidit, si Monachos seditionis auctores interfici juberet. Ergo noctu multas peditam cohortes, equitumque turmas immittit cum mandatis; monasterium S. Salvii (\*) incenderent, & monachos inter-

vit. Joann.  
Gual. c. 9.

Turbæ Flo-  
rentinæ.

(\*) De hoc Monasterio in Act. SS. Ben. Notula addi-

ternecone delerent. Hoc monasterium, Sæculum XI.  
A.C.1063.  
 haud procul a Florentinæ civitatis mœ-  
 nibus positum regebat Joannes Gualber-  
 tus, credebaturque Episcopus, eum tunc  
 temporis ibi versari; sed pridie disces-  
 serat.

Episcopi milites Ecclesiam ingressi il-  
 lo tempore, quo Monachi Nocturnos ce-  
 lebrabant, evaginatæ gladiis in inermes  
 irruunt. Unus monachorum ita in fronte  
 percutitur, ut cerebrum efflueret. Alteri  
 nasus cum superiore maxilla amputatus  
 in prolixam barbam decidit, aliis ferrum  
 in corpus adigitur. Latrones Altaria  
 evertunt, omnia, quæ attingere possunt,  
 rapiunt, & cellis ignem injiciunt. Tan-  
 dem in Ecclesiam iterum conversi reli-  
 quos monachos, nullatenus se tuentes,  
 & silentium non frangentes, nisi quod  
 septem Psalmos\* cum Litanis cantarent,  
 non quidem vita, sed vestibus spoliant.\* pœnitenti-  
tiales.  
 Verum hæc crudelitas majorem Episco-  
 po creavit invidiam, effecitque ut mul-  
 ti ad monachorum partes accederent.  
 Nam altera die plurimi civitatis incolæ  
 utriusque sexus ad illud Monasterium

A 4

con-

additur: Nempe prope Florentiam, ubi etiam  
 nunc subsistit. Sed aliud est a Monasterio *Bon-  
 Solazzo* S. Bartholomæi, quod ad Normam Trap-  
 pensium reformatum.

Seculum XI. confluentes certatim omnia vitæ sub-  
A.C. 1063. dia monachis contulerunt, magnam si-  
 bi obvenire beatitudinem rati, si ali-  
 quem istorum monachorum videre,  
 sanguinem colligere, & tanquam re-  
 liquias sacras custodire daretur. Jo-  
 annes Gualbertus, qui interea in Valle  
 Umbrosa fuerat, hoc accepto nuncio, ce-  
 leriter ad Monasterium S. Salvii Martyrii  
 spe accensus remeavit, Abbati Mona-  
 chisque beatam sortem gratulatus est,  
 quod pro Dei honore persecutionem su-  
 stinuisent. Tum Romam confidenter  
 se conferunt, in Concilio, quod anno  
 millesimo sexagesimo tertio celebratum,  
 Episcopum accusaturi.

## §. II.

*S. Rudolphus Eugubinus.*

*v. S. Rud*  
*Sec. 6. Ben.*  
*par. 2 p. 152*  
*Et ap. Pet.*  
*p. 209.*

Florentiam pervenienti Petro Damiani  
 nunciatus est obitus Rudolphi Epi-  
 scopi Eugubini, quæ res magno doloris  
 sensu eum affecit, & quia Alexander Pa-  
 pa Petro præceperat, ne alias epistolas  
 ad se daret, quam utilibus documentis  
 plenas, & longiore ætate dignas, vitam  
 hujus S. Præsulis, olim discipuli sui, Pon-  
 tifici inscripsit. *Annis abhinc ferme se-  
 ptem, inquit, Rudolphus, servis suis ma-  
 numissis, consentientibus matre & fratri-  
 bus suis donavit mihi Arcem suam armis*  
*insu-*

*insuperabilem omnesque agros, ipseque ad* Sæculum XI.  
*eremum nostram (id est Fontis-Avellanæ)* A.C.1063.  
*veniens vestem monasticam induit. Petrus*  
*quoque frater ejus, natu major, Institu-*  
*tum Anachoreticum suscepit. Ambo au-*  
*tem Regulam tam districte servarunt, ut*  
*omnibus Fratribus, iisque ad quos tanti*  
*exempli fama pervenit, admirationi es-*  
*sent. Quadam die, cum in Capitulo con-*  
*sideremus, de Disciplina Regulari confe-*  
*rentes, Petro, ut erat Novitius, vox in-*  
*venusta excidit. Ego severe objurgato*  
*præcepi, ut per dies quadraginta vinum*  
*non biberet. Tam longam abstinentiam*  
*haud dubie relaxaturus, quam eo solum*  
*animo injungebam, ut Novitium ab hu-*  
*jusmodi sermonibus deterrerem. Sed hu-*  
*jus rei deinde oblitus, cum post elapsam*  
*quadraginta dierum spatium reminisce-*  
*rer, & quærerem, quid Petrus fecerit, re-*  
*sponderunt, eum quod præscripseram toto*  
*tempore servasse. Tunc vero penituit me*  
*id jussisse; sed obedientiam viri singula-*  
*rem admiratus sum.*

Rudolphus ad Episcopatum promo-  
 tus Institutum monasticum non dimisit,  
 nec quidquam de vitæ rigore relaxavit.  
 Iisdem ciliciis membra terebat, iisdem  
 ac antea indumentis contentus erat, in  
 nuda ligni tabula, sola interula tectus  
 cubabat, plerumque nullo alio cibo  
 quam pane hordeaceo, & satis arcto, re-

Sæculum XI. fieiebatur. Singulis diebus Pfalterium  
A.C 1063. saltem semel recitabat, utraque manu  
 corpus flagellans, sæpe sibi ipsi centum  
 annorum pœnitentiam præscribebat,  
 quam viginti dierum spatio implebat.  
 Ecclesiam suam Eugubinam pro Hospitio  
 habebat, in quo ad tempus diversaretur,  
 & cellulam suam in Deserto pro domici-  
 lio; nam populum regebat indocilem, non  
 tam verbo Divino intentum, quam mu-  
 neribus terrenis, quæ ab Episcopo expe-  
 ctabat, inhiantem. Unde Rudolphum  
 sæpissime Episcopatu se abdicare cogi-  
 tantem Petrus Damiani ad perseveran-  
 dum compellebat. Ipse in prædicatione  
 Verbi Divini assiduus, quæcunque sibi  
 parcissime viventi supererant, pauperi-  
 bus erogabat. Singulis annis Synodum  
 celebrabat, sed nolebat illa exigi, quæ  
 Clerici pendere solebant, & multo ma-  
 gis a pœnitentibus quidquam accipere  
 horrebat. Obiit ferme tricenarius vi-  
 gesima sexta Junii, anno, ut creditur,  
 millesimo sexagesimo tertio, postmodum  
 Sanctis adscriptus.

Petro Damiani, postquam hanc vi-  
 tam scripsisset, occasionem expectanti,  
 qua eam ad Papam transmitteret, in  
 mentem venit, etiam vitam Dominici  
 Loricati adjicere, uno anno prius mor-  
 tui. *Timeo, inquit, ne ea, quæ de Domi-  
 nico scripturus sum, quibusdam ex Fra-  
 tribus*

*tribus nostris fidem omnem superare videantur. Sed absit a me, ut mendacium literis tradam! Scio, quid dicat Apostolus, si autem Christus non resurrexit, falsi testes Dei invenimur. Quibus nos docet, quemcunque, qui falsum miraculum Deo aut Servis ejus tribuit, reum fieri falsi testimonii contra eum dati, quem laudare volebat. Ex his saltem dispicimus Petri Damiani bonam fidem, quamvis haud facili negotio a nimiae credulitatis nota absolvi possit, referens historias non satis fide dignas, aliorum testimonio nixus.*

Sæculum XI.  
A.C.1063.  
1. Cor. 15. 15.

Deinde narrat Historiam Dominici, qualem superius reddidi, & subjungit: *Fortè alicui, S. Viri edita miracula magis quam ejus vitæ rationem scire cupienti, respondeo, nos nullibi legere, quod S. Virgo, aut S. Joannes Baptista miracula ediderint. Et adjicio; Sanctorum vitam, quam imitari possumus, plus facere ad nostrum profectum quam miracula, quæ solum admirationis causa sunt. Tandem quæro, an vita prorsus singularis bujus Sancti Viri non continuum miraculum fuerit?*

Sup. l. LX.  
§. 50. vit. n.  
14.

### §. III.

#### *S. Joannis Gualberti exordia.*

*Joannes Abbas Fundator Monasterii Valis Umbrosæ, patria Hetruscus, pa-*

vit. Sæc. 6.  
Ben. p. 2. p.  
trem p. 268.

Sæculum XI. trem habuit Gualbertum, de cujus nomine etiam filius appellatus est, virum nobilem & militarem. Is duos suscepit filios Hugonem & Joannem, cujus vitam scribere ordimur, cumque aliquis ex ipsorum propinquis (\*) inter rixas fuisset occisus, latro occursum totius Gualbertorum familiæ solícite fugiebat; nam Barbarorum legibus perempti hominis consanguineis jus erat, propinqui necem, ut valerent, ulcisci. Ecce vero, quadam die tamen Joanni Florentiam proficiscenti & militibus stipato, latro ille occurrit in via tam angusta, ut alter alterum declinare non posset, qui inimicum cognoscens, & salutem desperans, de equo se in terram pronum devolvit, brachiis in formam crucis decussatis mortem expectans. Commiseratione motus est Joannes, & Crucem reveritus, quam situ corporis homicida signabat, ignovit supplici, tum surgere jussu denunciavit, liberum & metu solutum exinde, quocunque vellet, commeare posse. Joannes deinde progressus paululum Ecclesiam S. Miniatis oraturus intravit, & coniectis in Crucem oculis vidit supremam ejus partem sibi inclinari, quasi gratias ageret, quod ob sui reverentiam

(\*) Breviarium dicit, ipsum Joannis fratrem Hugonem occisum fuisse.

rentiam inimico pepercisset. Hæc Crux Sæculum XI.  
A.C.1063.  
postea in Monasterio S. Miniatis asservata, hodieque Florentiæ devote peregrinantibus exhibetur. (\*)

Joannes tanto prodigio tactus, re serio pensata, mundo valedicere & se totum Deo consecrare constituit. Moxque cum civitati Florentinæ appropinquaret, præmissos corporis custodes ad hospitium pergere sibi & equis omnia necessaria præparare jubet. Ipse sine mora viam relegens ad S. Miniatem pervenit, & relicto equo, copiam sibi dari petit Abbati colloquendi. Hunc, narrato Crucis prodigio, rogat, ut majora cogitantem suo consilio adjuvaret. Abbas suavitè quidem hospiti mundum relinquere, ut vero ejus constantiam exploraret, quam dura & aspera in monasterio experturus esset prædixit, & quam difficile esset robusto nobilique juveni extremam paupertatem tolerare. Interea famulorum aliquis, admirans, quod dominus suus Florentiam non veniret, domum redit, & quæ evenerant genitoribus nunciat. Unde pater commotus & anxius Florentiam contendit, filium  
ubi-

(\*) In Actis SS. Bened. *Nuper translata est in Florentinam SS. Trinitatis Ecclesiam, quæ Vallumbrosani est Ordinis, suburbana S. Miniatis Basilica Monachorum cœtu destituta.*

Sæculum XI ubique requirens. Ad Monasterium S. A.C. 1063. Miniatis quoque se contulit, cumque sciret eum ibi latere, & Habitum monasticum velle suscipere, rogavit Abbatem, ut filium sibi adduceret. Nolebat Joannes parentis conspectum subire, non ignarus, eo solum se peti consilio, ne in monasterio remanere liceret. Itaque Gualberto patre turbatis vocibus clamitante & multa mala monachis comminante, nisi redderetur sibi filius, juvenis ita secum deliberare: *a quo melius accipere possum S. Habitum, nisi ab Altari, in quo Sanguis Jesu Christi offertur?* Tum cernens cujusdam fratris Cucullum seorsim positum, eum celeriter ad Ecclesiam deportat, reverenter Altari imponit, mox comam sibi tondet, & vestem monasticam lætus induit. Monachis vivam juvenis fidem stupentibus, intrat Abbas, & ubi Joannem inter ceteros fratres sedere conspexit, patrem ipsius introduxit. Ille filium monachum cernens, vociferari, vestes dilacerare, pectus percutere, genas unguibus vellicare, & amenti similis miserimum se parentem ejulare. Tandem vero Abbate, monachis, ipsoque filio gravissime hortantibus, ad mentem rediens, & paternam Benedictionem filio suo impertitus, monuit, ut saltem, quia a monachis divelli non posset, ad Religiosæ perfectionis culmen eluctaretur.

Pro-

Profecit ille maxime & mirum in mo- Sæculum XI.  
 dum, namque post exiguum temporis A. C. 1063.  
 spatium Abbate satis functo omnium  
 monachorum consensu Abbas eligitur.  
 Sed ille munus obire detrectavit, quippe  
 amore solitudinis & majoris perfectionis  
 desiderio ductus, ex monasterio S. Minia-  
 tis cum alio quodam monacho discessit.  
 Variis locis peragratis Camaldulum ve-  
 nerunt, ubi postquam diu commorati  
 fuissent, illius loci Prior Joannem Gual-  
 bertum permovere conabatur, ut ordi-  
 nari se pateretur, & ibidem stabilitatem  
 profiteretur. Verum noluit ille, quia  
 vitæ Cænobiticæ dulcedine, secundum  
 Regulam S. Benedicti, delectabatur, Ca-  
 maldulenses autem vitam asceticam du-  
 cebant.

## §. IV.

*Vallis Umbrosæ Exordium.*

Inde cum Socio ad Vallem Umbrosam  
 rediit, locum ideo ita nuncupatum, Mabill. Iter.  
 quod totam vallem proximorum mon- Ital. n. 16. p.  
 tium abietes obumbrarent. Cum igitur 183.  
 Joannes Gualbertus situ hujus Vallis, in  
 Apennino positæ, & sex horarum itine-  
 re ab urbe Florentia distantis, capere-  
 tur, sedem ibi fixit, & brevi, fama san-  
 cti viri in populos sparsa, ex variis locis  
 Discipuli tam Laici quam Clerici, atque  
 etiam complures monachi ex Monaste-  
 rio

Sæculum XI. rio S. Miniatis, quos reliquerat, ad eum  
A.C. 1063. confluerunt. Omnes ad Regulam S.  
 Benedicti stricte servandam compellebat,  
 præsertim primo anno Novitios. Gra-  
 tiam acceperat singularem illos primo  
 colloquio discernendi, qui sincero conver-  
 sionis desiderio impulsæ adveniebant,  
 mallebatque pauperes suscipere quam  
 divites. Hæc audiens Itta Abbatisa, S.  
 Hillari, cujus Jurisdictioni ille locus sub-  
 jacebat, modicum annonæ & librorum  
 subsidium ei misit, tandemque illam re-  
 gionem, quæ Bellaquea dicebatur, alias-  
 que terras remotiores eidem concessit.  
 Haud multo post cum Conradus Impe-  
 rator Florentiæ versaretur, fama hujus  
 monasterii ad ipsum perlata, misit Ru-  
 dolphum Episcopum Paderbornensem,  
 qui Ecclesiam dedicaret; tunc enim Se-  
 des Fesulana, in cujus territorio erat Val-  
 lis Umbrosa, vacabat. Quæ ex Decre-  
 to Donationis Abbatisæ, anno millesimo  
 trigesimo nono dato, cognoscimus.

Fundamentis Monasterii Vallis Um-  
 brosæ in hunc modum positæ, Joannes,  
 etsi vehementer reluctaretur, Abbas  
 eligitur. Qui deinde nihil antiquius  
 habuit, quam curare, ut Regula in rigo-  
 re literali, præsertim quod claustræ cu-  
 stodiam spectabat, observaretur. Fra-  
 tres vestiit panno subfusculo & crasso ex  
 lana ovium suarum partim candida, par-  
 tim

tim nigra commixta confecto. Præter Sæculum XI.  
A.C.1063.  
 Monachos, Laicos quoque, seu conver-  
 sos recepit, idem Institutum tenentes, ni-  
 si quod in vestitu ex parte differrent, &  
 tam exacte silentium non servarent, ut-  
 pote externis occupati. Primum hoc  
 nobis occurrit exemplum Fratrum Lai-  
 corum seu Conversorum, sua conditione  
 distinctorum a monachis Chorum fre-  
 quantantibus, qui jam illa ætate plerique  
 Clerici erant, vel ad Ordines suscipien-  
 dos idonei. Joannis vero Gualberti in  
 Sacros Ordines tanta erat veneratio, ut  
 nullum monachorum suorum, Clerico-  
 rum Officio sibi competente fungi pate-  
 retur, si ante suam Conversionem vel Si-  
 moniæ, vel concubinatus, vel alterius gra-  
 vis criminis reus extitisset. Ipse autem  
 Ecclesiæ portas aperire non præsumebat,  
 nisi prior aliquis Clericus seras solvisset.

*Mabil præf.*  
*2. Sæc. 6. n.*  
 90.

Complures viri nobiles fundos Joani-  
 ni nostro offerebant, in quibus nova Mo-  
 nasteria extrueret, alii rogabant, ut an-  
 tiqua reformaret. Unde Monasterium  
 S. Salvii prope Florentiam quasi a fun-  
 damentis erexit, & Passinianum prope  
 Senas, ubi aliquando Leonem IX. Pa-  
 pam cum omnibus suis ad se diverten-  
 tem excepit, restauravit. Quadam die,  
 cum, annona deficiente, monachi ipsius  
 egerent, jussit vervecem occidi, & tres  
 panes, qui supererant, iis distribui. At

Joannis Gual-  
 berti Disci-  
 plina.

*Hist. Eccles. Tom. XV.*

B

illi

Sæculum XI. illi a carne abstinuerunt, singuli minimo  
A.C. 1063. panis frustulo contenti. Altera autem  
 die, quod Abbas prædixerat, adsunt aga-  
 fones cum asinis frumento & farina one-  
 ratis. Alia die, annona iterum con-  
 sumpta iussit mactari bovem, satius esse ra-  
 tus, si monachis suis carnes manducandas  
 daret, quam si eos fame necari patere-  
 tur. Sed ipsi carnem non gustarunt, &  
 optimus Deus iterum alia via famelicis  
 providit. S. Joannis Gualberti exemplo  
 & hortatu complures Clerici conversi,  
 dimissis concubinis & pellicibus, prope  
 Ecclesias colligi & vitam communem  
 amplecti cœperunt. Aliquot etiam Ho-  
 spitia ædificari, & plures Ecclesias vetu-  
 state lapsas reparari curavit.

Quadam die ad monasterium in Mu-  
 sceta, sibi subjectum, divertenti visa  
 sunt ædificia, plus quam conditio mona-  
 chorum admitteret, laxa & magnifica;  
 unde accito Rudolpho illius loci Abba-  
 te vultu sereno ait: *Palatia, ut video,*  
*hic vobis extruxistis vestro arbitrio, ma-*  
*gnamque pecuniæ vim in luxum impendi-*  
*stis, quam ad sublevandam multorum*  
*pauperum inopiam utilius adbibuissetis.*  
 Tumque conversus ad rivum præter li-  
 mina fluentem, *Omnipotens Deus,* ait,  
*per hunc rivum pœnas superbiæ exposce,*  
*enormes ædes destrue.* Hæc elocutus Jo-  
 annes discedit. Mirum dictu! illico ri-

vus copiosius fluere, de montibus sum-  
 mo impetu decidere, partesque rupium  
 & integras arbores provolvere, qua elu-  
 vie sumptuosum monasterium funditus  
 eversum est. Abbas pavefactus mona-  
 sterium in alio loco condere cogitabat;  
 sed vetuit Vir Sanctus, affirmans, hunc  
 torrentem nunquam posthac eis nocitu-  
 rum. Quod etiam eventus docuit. Alia  
 die, cum ad eum delatum fuisset, in ali-  
 quo suorum monasteriorum virum fuisse  
 susceptum, qui repulsis hæredibus suis  
 bona omnia monasterio contulisset, pro-  
 tinus illo contendit, petiitque ab Abba-  
 te Libellum donationis sibi dari, quem  
 acceptum statim dilaceravit, & vehe-  
 menter commotus dixit: *Omnipotens*  
*Deus! tuque Sancte Petre, Princeps Apo-*  
*stolorum, estote mihi Sacræ paupertatis*  
*Vindices!* mox iratus abiit. Sed non  
 multum processerat, cum ignis monaste-  
 rium illud corripuit & maximam partem  
 redegit in cineres, Sancto viro ne qui-  
 dem vultum convertere, ut aspiceret,  
 dignantè. Multa alia de S. Joanne Gual-  
 berto referuntur miracula, sed hæc ma-  
 gis ad nostram doctrinam & exemplum  
 facere mihi videbantur. Quidam Cle-  
 ricus opulentissimus, venditis omnibus  
 Bonis suis, magnam inde acceptæ pecu-  
 niæ partem ad S. Abbatem attulit, qui  
 dixit: *Quamdiu vel unicum tibi servave-*

c. 56.

Sæculum XI. vis denarium, in amicorum meorum nu-  
A.C. 1063. merum referri non poteris. Clericus  
 ergo omnia effudit in pauperes, & re-  
 versus ad Abbatem susceptus est.

In Valle Umbrosa degentem Step-  
 hanus IX. Papa præter illud Monasterium  
 iter faciens, missis nunciis rogavit, ut ad  
 se veniret. Illoque, cum fontico mor-  
 bo laboraret, se excusante, quod non  
 iret, rursus Papa significari iussit; si alio  
 modo venire non posset, in lectulo suo  
 decumbens deferri vellet. Tum vir San-  
 ctus prius Ecclesiam ingressus Deum pre-  
 catus est, ut quacunque demum ratione  
 efficeret, ne ad Papam pervenire posset,  
 ita tamen ut hæc res nemini scandalo  
 esset. Completa oratione cum in lecto  
 ferri cœpisset, subita tempestate aer in-  
 horrescit, ventique vehementes & maxi-  
 mi imbres iter facere prohibent. Ergo  
 Papæ Legati Joannem ad suum monaste-  
 rium cito reducunt. Qua re comperta  
 Papa ait: *Sanctus est. Nolo jam, ut ve-*  
*niat, sed permanens in monasterio suo pro*  
*me & Ecclesia preces ad Deum fundat.*  
 Cum aliquando Hildebrandus Archidia-  
 conus Gualberto aliquam rem exprobra-  
 turus advenisset, repente præparatus an-  
 tea sermo e memoria excidit, atque ex-  
 inde ambo arctissimo amicitia vinculo  
 juncti sunt. Talis fuit S. Joannes Gual-  
 bertus Auctor Congregationis Vallis  
 Um-

e. 54.

Umbrosæ, quæ hodieque in Italia existit. Sæculum XI.  
A.C. 1063.

## §. V.

*Concilium Romanum.*

Igitur Joannis Gualberti Discipuli Romanam commearunt, Petrum Episcopum Florentinum in Concilio, anno millesimo sexagesimo tertio, ab Alexandro II. Papa, & plus quam centum Episcopis celebrato accusaturi. tom. 9. Conc.  
p. 1175. Conventum ingressi Episcopum Simoniacum & Hæreticum publice detulerunt, adjicientes, se, ut dicta probarent, paratos esse in accensum rogam in silire. At Papæ nec Episcopum deponere, nec monachos ad probationem ignis admittere, placuit, nam major Episcoporum pars causæ Florentini favebat, Hildebrando Archidiacono ex partibus monachorum stante. vit. Joan.  
Gual. c. 62.

Conjectura est, hac occasione Alexandrum Papam Constitutionem edidisse ad Clericos & Populum Florentinum directam, in qua dicit: to. 9. Conc.  
p. 1153. *Juxta Concilium Calcedonense, præcipimus monachis, quibuscunque virtutibus conspicui sint, ut in claustris suis, sicut Regula S. Benedicti jubet, permaneant. Prohibemus, ne per oppida, Arces & urbes vagentur. Si quis pro salute animæ suæ eorum habitum induere vult, liceat ei monachos in claustris eorum consulere, sed ipsi non egrediantur.* 16. q. 1.  
c. juxta.

Sæculum XI. In hoc Concilio Romano duodecim  
 A.C. 1063. Canones conditi sunt, quos Papa ad  
 omnes Episcopos, Clericos populumque  
 dirigit jubens, ut decreta exequantur.  
 Agunt præcipue de Simonia, suntque  
 ferme iidem de verbo ad verbum, qui

Sup. l. LX. in Concilio Romano anno millesimo  
 §. 30. quinquagesimo nono a Papa Nicolao II.  
 celebrato leguntur. Notatu inter hos  
 Canones quarto nullus dignior, quem In-  
 stituti Canonorum Regularium princi-  
 pium fuisse credunt. (\*) Hæc est autem  
 Canonis summa: *Præcipientes statuimus,*  
*ut Presbyteri & Diaconi, qui Antecesso-*  
*ribus nostris obedientes Castitatem serva-*  
*verint, juxta Ecclesias, quibus ordinati*  
*sunt, sicut oportet Religiosos Clericos, si-*  
*mul manducent & dormiant, & quidquid*  
*ab Ecclesia accipiunt, eis omnibus commu-*  
*ne sit. Monemusque, ut ad perfectionem*  
*vitæ Apostolicæ summopere pervenire stu-*  
*deant.*

## §. VI.

*Canonici Regulares.*

Petri Damiani Liber Alexandro II. Pa-  
 pæ inscriptus eum sine dubio ad  
 edendum istud Decretum impulerit.  
 Nam Petrus in illo Scripto ostendere su-  
 scepe-

(\*) Jam decies Fleurius Canonorum Regu-  
 larium veram originem indicasse se putat.

sceperat, Canonicos nihil proprium de-  
 bere possidere, idque præcipue demon-  
 strat auctoritate S. Augustini, in Sermo-  
 nibus de Vita communi, qui Regulæ  
 Canonorum fundamentum extiterunt.  
 Namque S. Doctor diserte dicit, se illis  
 tantum Clericis in sua Congregatione  
 locum concessurum, qui nihil jure pro-  
 prietatis possiderent. Tuebantur se Ca-  
 nonici & obtendebant Regulam suam,  
 nempe Aquisgranensem anno octingen-  
 tesimo decimo sexto auctoritate Ludovi-  
 ci Pii Imperatoris scriptam & approba-  
 tam. Nam illa Regula iis Bona propria  
 sive ex eorum patrimonio, sive ex Obla-  
 tionibus, sive ex aliis Ecclesiæ redditibus  
 provenientia concedit. Respondet Pe-  
 trus Damiani, illam Regulam in tantum  
 solummodo sibi probari, quantum Sanctis  
 Ecclesiæ Doctoribus consonaret, cetera  
 vero a se abjici & conspui. Laudat,  
 quod in ea dicatur, Clericos alimentis  
 & vestitu contentos esse oportere,  
 sed ineptum & frivolum dicit, quod ea  
 Regula Canonicis præterea partem Obla-  
 tionum tribuat, putatque eam destrue-  
 re quod ædificaverat, cum illis conce-  
 dat deinde superflua, quos prius necessa-  
 riis contentos esse iussisset. (\*)

B 4

Repe-

(\*) Hac de re Nicolaus Desnosius Canonicus  
 Regu-

Sæculum XI.  
 A.C. 1063.

Opusc. 24.  
 Sup. lib.  
 XXIV.

§. 40. 41.  
 Aug. Serm.  
 355. 356.

c. 5.

Sup. lib.  
 XLVI. §.  
 23. Conc.  
 Aquisgr.  
 c. 115. 120.  
 tom. 7. Conc.  
 p. 1389.

Sæculum XI. Repetit deinde Petrus originem vi-  
 A.C. 1063. tæ communis, scilicet exemplum Chri-  
 stianorum Jerosolymæ, in actis Aposto-  
<sup>c. 4.</sup> *Act.* 4. 31. <sup>32.</sup> *Luc.* 12. 33. <sup>33.</sup> *Luc.* 12. 33. <sup>34.</sup> *Luc.* 12. 34.  
 lorum commemoratum, & addit; Cleri-  
 cum Bona sua servantem Consilii Evan-  
 gelici perfectionem non sequi, & si pro-  
 priis relictis deinde divitiis Ecclesiæ gau-  
 dere velit, eum divitias non contemne-  
 re, sed quærere. Notat incommoda  
 proprietatis, quæ Clericos Episcopo suo  
 efficit

Regularis in Opere suo de Canonicis in Libros  
 quinque diviso, lib. 2. cap. 14. ait, *ignorasse*  
*Petrum Damiani Regulam, qua se Canonici*  
*tuebantur, ipsummet Aquisgranensis Concilii*  
*Ludovico Pio imperante habiti textum esse, at-*  
*que ex eodem Concilio de verbo ad verbum de-*  
*cerptas fuisse Periochas, quæ Canonicis proprie-*  
*tatem permittunt, ut ex cap. CXX. intelli-*  
*gitur. Illud certe si novisset, subdit Desnosius,*  
*Canonicos, quibus tot Patres indulgentiam pro-*  
*prietatis concesserant, haud adeo severe carpis-*  
*set, abstinissetque a conviciis in ipsam Regulam,*  
*ratus in ea nec absurdum quidquam, aut ineptum*  
*ac frivolum inveniri, nec esse reptantium por-*  
*tenta verborum, Et ignominiosæ atque confusæ*  
*locutionis opprobrium; ipsas quoque senten-*  
*tias, quæ passim in prædicto sparsæ Concilio*  
*reperiuntur, ineptias nusquam appellasset. Hæc*  
*apud Pagium in Critica Historico &c.*

Ceterum hodie DD. Canonici Regulares vo-  
 rum paupertatis sicut Monachi edunt.

efficit refractarios, Sæcularibus submis-  
 sos, & ministerio Verbi Divini minus  
 aptos. Tandem Papam ad hunc abu-  
 sum abrogandum hortando perorat.

Sub finem Sæculi X. complura Capi-  
 tula Cathedralia, & Abbatia Canonico-  
 rum vitæ Communis institutum cura  
 Episcoporum suorum denuo receperant,  
 quibus accensendæ Ecclesia Aniciensis,  
 Trecensis & Aptensis circa annum non-  
 gentesimum nonagesimum, Matisconen-  
 sis anno millesimo decimo, Engulismen-  
 sis anno millesimo vigesimo septimo, Au-  
 gusta Ausciorum anno millesimo quadra-  
 gesimo, Magellonica anno 1051. Abba-  
 tia Doratensis anno nongentesimo octo-  
 gesimo septimo, S. Ambrosii Biturigum  
 anno millesimo duodecimo, Sancerren-  
 sis anno millesimo vigesimo quinto, Eper-  
 nacensis anno millesimo trigesimo secun-  
 do, S. Salvatoris Meloduni anno millesi-  
 mo quadragesimo septimo. Sed ista Re-  
 formatio secundum Regulam Aquisgra-  
 nensem fiebat. Post Concilium vero  
 Romanum & annum millesimum sexage-  
 simum tertium Canonicis omnis proprie-  
 tas adempta, eorumque conditio eate-  
 nus Monachorum paupertati exæquata.  
 Qui his se Legibus submiserunt, appel-  
 lati sunt Religiosi, seu Canonici Regula-  
 res, quod posterius nomen adhæsit.

*Moulinet*  
*Ref. I. p. 24.*

Sæculum XI.  
A.C. 1063.

§. VII.

*Concilium Cabilonense.*

*Bibl. Clun.* *Ad* Concilium Romanum Hugo quoque  
*p. 509.* Abbas Cluniacensis venerat, quere-  
*tom. 9. Conc.* las deferens de vi sibi illata a Dragone  
*p. 1177.* Episcopo Matisconensi, qui a domesticis  
suis præcipue a Clericis impulsus Jurisdic-  
tionem suam in Monasterium Clunia-  
cense stabilire moliebatur. Nam anno  
millesimo sexagesimo tertio venerat ar-  
matorum manu stipatus, in Ecclesia S.  
Majoli ad populum dicturus, obtendens,  
quod auctoritate Concilii celebrati mu-  
nitus id faceret. Verisimile est, quod id  
de Concilio Ansano accipiendum sit, in  
*to. 9. p. 859.* quo Goselino Episcopo Matisconensi Jus  
*Sup. l. LIX.* ordinandi monachos Cluniacenses ad-  
*§. 7.* scriptum. Itaque Drogo Episcopus Ju-  
risdictionem suam in istud monasterium  
non ut jus novum, sed ut prærogativam  
& potestatem antiquam sibi vindicare ni-  
tebatur. Sed tanta fuit monachorum  
reluctatio, ut ne quidem Ecclesiam in-  
trare potuerit.

De isto igitur molimine Hugoni Ab-  
bati in Concilio Romano conquerenti,  
complures magno affectu favebant affir-  
mantes, nefas esse celeberrimum Mona-  
sterium acquisita libertate privare, & Pe-  
trus Damiani præ ceteris majore ze-  
lo stimulatus se ipsum, jam ætate gra-  
vem,

vem, ad suscipiendum iter Cluniacum Sæculum XI. A.C. 1063.  
 obtulit. Non sine dolore quidem dile-  
 ctam solitudinem Fontisavellanæ desere- Petr. Dam. lib. VI. ep.  
 bat; sed Hugo Abbas promittebat, ipsum  
 prima Augusti rursus sua quiete domi po- 2. 5.  
 titurum. Ubi vero in Francia fuit, non  
 ante finem Octobris redire licuit. Igi-  
 tur in Franciam, Legatus Romanæ Se-  
 dis, profectus, convocato Cabiloni ad  
 Ararim Concilio, complures abusus au-  
 ctoritate Canonum sustulit, & litem Mo-  
 nasterii Cluniacensis, præcipuam itine-  
 ris sui causam, composuit.

Coram toto Concilio lecta est Char-  
 ta Foundationis Monasterii, edita a Gui- Sup. l. LIV. §. 45.  
 lielmo Duce Aquitaniæ anno nongente-  
 simo decimo, in qua nemini mortalium,  
 nec ulli Ecclesiæ, nisi soli Papæ, in hanc  
 familiam Cluniacensem potestas fit. Le-  
 cta quoque Pontificum Privilegia, quibus  
 Monasterii libertas confirmatur, & per-  
 petuum promittitur præsidium. Cuncti  
 deinde Episcopi interrogati, an consen-  
 tirent, hæc privilegia effectui dari, non  
 solum communi acclamatione, sed quili-  
 bet singulari suo suffragio, atque etiam,  
 sicut ceteri, Episcopus Matisconensis, se  
 id ipsum decernere & jubere pronuncia-  
 runt. Episcopus Matisconensis Mona-  
 chos Cluniacenses, conditione addita,  
 & hac formula excommunicaverat: Si  
 in hoc Monasterio aliqui sub mea Jurisdi-  
 ctione

Sæculum XI. ctione existunt, quos excommunicare  
 A.C. 1063. mihi liceat, eos excommunico. Nihilominus vero arguebatur, quod Pontificia privilegia violasset, quibus sub pœna anathematis cuicumque demum Episcopo interdicebatur, ne Sententiam excommunicationis in monachos Cluniacenses ferret. Quamvis autem Episcopus Matisconensis affirmaret, nescivisse se hæc privilegia, eum tamen Concilium super Sacra Evangelia edere coegit, in hunc modum: *Cum iratus Cluniacum veni, nullo Sacræ Sedis vel Alexandri Papæ contemptu movebar. Nec satis cognita mihi erant privilegia modo recitata.* Postea quatuor Clerici Ecclesiæ Matisconensis idem juramentum præstiterunt, & duobus aliis Legatus, nullo juramento edito, indulgit. Mox Episcopus Matisconensis in pavimento prostratus veniam petiit, confessus, quod peccasset. Atque injuncta est ei septem dierum pœnitentia, quo temporis spatio in pane & aqua jejunaret.

Altera die, urgentibus Clericis suis, petiit, ut in Concilio etiam legeretur Privilegium ab Agapito Papa suæ Ecclesiæ olim concessum. Sed nihil in eo occurrit, nisi quod communi jure omnibus Ecclesiis competeret. Unde Episcopi judicarunt, nullam fuisse causam id legendi, cum in nullo Monasterii privilegiis

giis pridie lectis derogaret. Ita liber-  
 tas Cluniacensium confirmata & nego-  
 tium inter Episcopum Matisconensem  
 Abbatemque finitum.

## §. VIII.

*Alexandri II. Epistolæ.*

Petri Damiani Legationis mandata ad *Epist. 21.*  
 totam Franciam extendebantur, quod *tom. 9. Conc.*  
 apparet ex epistola Alexandri Papæ ad *p. 1131.*  
 Archiepiscopos quinque Gervasium Re-  
 mensem, Richerium Senonensem, Bar-  
 tholomæum Turonensem, Aymonem Bi-  
 turicensem, & Goscelinum Burdegalen-  
 sem. His Papa præcipit, ut Petrum, si-  
 cut se ipsum recipiant, ejusque Judiciis  
 obtemperent, nisi Sacræ Sedis indigna-  
 tionem vellent incurrere. Ex alia epi-  
 stola ad Archiepiscopum Remensem spe-  
 ciatim data dispicimus, Hardericum Epi-  
 scopum Aurelianensem in Concilio Ca-  
 bilonensi Simonix fuisse accusatum, at-  
 que ut crimen suum celaret, Petrum Da-  
 miani perjurio decepisse. Postea autem  
 cum Pontifici per epistolas se vocanti, ad  
 rationem reddendam, obedire detrecta-  
 set, Papa Archiepiscopo Senonensi præ-  
 cepit, ut eum excommunicaret, & Ar-  
 chiepiscopum Remensem, ut Senonen-  
 sem in hac causa adjuvaret, hortatus est.  
 Simul gratias agit, quod operam contu-  
 lisset ad Usurpatorem Simoniacæ intru-  
 sum

Sæculum XI. sum de Sede Carnutensi ejiciendum, sua-  
 A.C. 1063. sissetque Philippo Regi, ut illi virum  
 Episcopatu dignum subrogaret. In alia  
*ep. 22.* epistola ad eundem Remensem data præ-  
 cipit, ut anathematizet, Reginaldum,  
 Abbatia S. Medardi invasorem Simonia-  
 cum, atque tam in Concilio a Petro Da-  
 miani, quam a se condemnatum. Un-  
 de discimus, vel Gervasium Concilio  
 Matisconensi interfuisse, vel Petrum  
 Damiani in Legatione sua Gallica plura  
 Concilia celebrasse.

Sub idem tempus, quo Concilium  
 Romanum celebrabatur, Alexander Papa  
 duas Ecclesias Diocliensem & Antibaren-  
 sem in Epiro conjunxit. Ex urbe Dio-  
 clea, annis ferme ducentis Metropoli,  
 postea devastata, Archiepiscopi Sedem  
 transtulerunt Antibarim, urbem ejusdem  
 provinciæ munitam. Tunc vero illam  
 Ecclesiam regebat Petrus, quo rogante  
 Papa ambas Diœceses univit. Eidem  
 Archiepiscopo auctoritatem & potesta-  
 tem tribuit in omnia Monasteria Latino-  
 rum, Græcorum & Sclavorum; nam tres  
 nationes illam provinciam incolebant.  
 Pallium quoque concessit & Jus, quo ipsi  
 procedenti per totam Dalmatiam & Scla-  
 voniam Crux præferri deberet. Hæc  
 Bulla decima octava Martii anno secun-  
 do Alexandri Pontificis, nempe Salutis  
 repa-

reparata anno millesimo sexagesimo ter-  
tio data. (\*)

Sæculum XI.  
A.C. 1063.

§. IX.

*Conflictus in Ecclesia Goslariensi.*

Eodem anno ingens scandalum Gosla-  
riæ, Saxoniam urbe, & Regis Sede,  
exortum est. Consuetudo vetus inole-  
verat, quod in Episcoporum conventu  
Abbas Fuldenfis Archiepiscopo Mogunti-  
no proximus federet. At Hecilo Epi-  
scopus Hildesheimensis dicebat; in sua  
Diocesi, in qua Goslaria posita esset, se  
nemini nisi soli Archiepiscopo secundum  
federe oportere. Instabant Episcopum  
sua divitiarum, opibus Antecessorum suo-  
rum majores, & ætas puerilis Regis, quo  
tempore omnia impune attentabantur.  
Ceterum jurgiis initium datum in Festo  
Natalis Domini 1062, cum Sedes Episco-  
porum ad Vesperas celebrandas collocaren-  
tur, namque Cubicularii Episcopi Hildes-  
heimensis itemque Wideradi Abbatis Ful-  
denfis primum conviciis, deinde pugnis  
se impetierunt, quin & gladios strinxif-  
sent, nisi auctoritas Ducis Bavariæ Ot-  
tonis tunc supervenientis concitatos in  
officio continuisset.

Lambec. an.  
1063.

Verum

(\*) Ex his dispicimus, non omnes Græcos  
temeritatem Cerularii fuisse secutos.

Sæculum XI.

A.C. 1063.

Verum in Pentecoste anni sequentis millesimi sexagesimi tertii in illa ipsa urbe Goslariensi & eodem tempore, cum Sedes ad celebrandas Vesperas disponentur, recrudere veteres rixæ, nec ut olim casu fortuito, sed præstituto facinore. Quippe Episcopus Hildesheimensis accepta contumelia acriter offensus, Comitum Ecbertum cum viris militaribus armatis post Altare in insidiis collocaverat, qui tumultu a Cubiculariis excitato procurrunt, pugnis & fustibus Abbatis Fuldenfis famulos aggrediuntur, & primo impetu facile e Sanctuario pellunt. At isti ad arma proclamant, quibus arreptis cum sociis turmatim in Ecclesiam & in medium Chorum Clericorum cantantium irrumpunt, ferro minime parcentes. Tunc vero inaudita furiosorum cædes exoritur. In Ecclesia tota nil nisi hinc minaciter exclamantium voces, inde sauciorum gemitus exaudiuntur, fluunt humani sanguinis rivi, trucidatorum cruore ipsa Sacri Altaris cornua polluuntur. Episcopus Hildesheimensis editiorem locum nactus suorum animos ad fortiter dimicandum accendebat, dicens; loci reverentia neutiquam se deterreri paterentur, cum Episcopo suo jubente pugnarent. Ex parte alia Rex juvenis præsens tanta quanta poterat voce clamabat, ut furorem populi compesceret. Sed nemo

mo audiebat. Tandem amicorum prudentissimis Henricum monentibus ut propriae salutis consuleret, discedens vix populi cuneos penetrare potuit, seseque in Regiam proripere. Episcopi clientes, quia comparati ad proelium venerant, victoriam reportarunt, eiectione ex Ecclesia Fuldensibus, qui labori, non pugnae accincti eam intraverant. Atque illico fores occlusae sunt. Nihilominus victi, confirmatis animis, iterum collecti in ordines coierunt in Ecclesiae vestibulo, egredientes adversarios armis excepturi. Sed ingruentes nocturnae tenebrae proelium terminarunt.

Sequente die haec causa ad severum examen vocatur. Verum Comes Ecbertus, cum esset Regis consobrinus, sua qua valebat auctoritate, objecta facile diluit. Unde Abbas Fuldenensis solus invidiam ferre coactus est. Nam dicebant Adversarii, in eum solum funestae cladis culpam esse rejiciendam, qui pacem Aulae turbaturus, tam magnum armatorum agmen adduxisset. Quin Professio Religiosa, & Monachi nomen, in aula Henrici invisum, ei nocebat; quare Abbatiali Dignitate exutus fuisset, nisi eam ingenti vi auri & exhaustis Monasterii thesauris redemisset. Interea Episcopus Hildesheimensis omnes suos inimicos vivos mortuosve excommunicatos edixit.

*Hist. Eccles. Tom. XV.*

C

Ab-

Sæculum XI.

A.C. 1063.

Sæculum XI. Abbas vero Fuldenſis ad ſua reverſus monachos, jam diu ſibi inſenſos, rebelles ſenſit. Jamque complures, quaſi in preceibus publicis bini procedentes e monaſterio exceſſerant, querelas ſuas ad Regem delaturi, quos Abbas non niſi adhibito poteſtatis Sæcularis auxilio domuit.

## §. X.

*Eccleſiæ in Germania.**Lambe.*

Ceterum tam Regis Henrici juventuti, quam Republicæ Regimini Epifcopi præerant, quorum præcipui erant Sigefridus Archiepiſcopus Moguntinus, & Anno Colonienſis; cum vero honoris & curarum ſocium Adalbertum Bremenſem, Natalibus, ætate, & Sedis ſuæ Dignitate conſpicuum, ſibi adlegiſſent, is brevi tempore Regis animum eloquentia, continuis obſequiis, comitate & aſſentatione ita ſibi devinxit, ut ceteris Præſulibus ſuperior, propemodum ſolus ſuo arbitrio Imperium regeret. Ei in Regis gratia ſecundus erat Wernerus Comes juvenis, affectuum impetu turbatus. Hi ergo de rebus omnibus decernebant, ab ipſis Epifcopatus, Abbatia ceteraque omnes Dignitates, tum Eccleſiaſtica, tum Sæculares emendæ erant, nihil juvabant merita, niſi etiam hi duo donis opulentis cumularentur.

Porro

Porro Episcoporum Ducumque major apud eos erat reverentia; Abbates vero, quia ipsos non timebant, offendere non dubitabant. Dicebant enim, Regi in Abbates non minorem, quam in Villicos & Quæstores suos potestatem esse. Ergo multos agros Monasteriorum in clientes suos sparserunt, quippe Rex his duobus quidquam petentibus nihil negare solebat, aut poterat. Archiepiscopus Bremensis sibi ipsi usurpavit monasteria duo, Lauresheimense, & Corbejense in Saxonia. Ut vero invidiam effugeret, duo Monasteria Archiepiscopo Coloniensi, unum Archiepiscopo Moguntino, scilicet Seeligenstadiense, Ottoni Duci Bavarix Altaham, & Rudolpho Duci Suevix Campidunum conferri curavit.

## §. XI.

*Concilium Mantuanum.*

Interea Cadalous Antipapa necdum victas manus dederat. Quin etiam Godefridum Ducem Lotharingæ & Thufciæ, qui seditionis initio ei adversatus, Romæ imminentis exercitum profligaverat, in suas nunc partes traxerat. Quare comperta Petrus Damiani data ad Godefridum vehementi epistola urget, ut errorem agnoscat, & ad Alexandrum legitimum Caput Ecclesiæ redeat. Ad

*Sup. l. LX.*  
§. 46.

*Lib. VII.*  
*ep. 10.*

*ibid. ep. 3.*

Seculum XI. Henricum Regem juvenem quoque lite-  
A.C. 1063. ras dedit, de ejus Præfectis conquerens,

quod modo Legitimum Papam cogno-  
 scere, rursusque Antipapæ favere vide-  
 rentur. In hac epistola Petrus de utra-  
 que Potestate Regali & Sacerdotali disse-  
 rit in hunc modum: *Sicut duæ Potesta-  
 tes in Jesu Christo unitæ sunt, ita etiam  
 in populo Christiano mutuo fædere conjun-  
 guntur. Altera alterius præsidio indi-  
 get. Sacerdotium a potestate Regis tegi-  
 tur, & Regia Dignitas Sanctitate Sacer-  
 dotii roboratur. Rex gladium portat,  
 quo Ecclesiæ inimicos coerceat, Pontifex  
 vero vigilat & orat, ut Deum Regi po-  
 puloque propitium reddat. Regis est ju-  
 stitia terminare causas terrenas, Pontifi-  
 cis est populos famem spiritualem patien-  
 tes doctrina Cælesti pascere. Rex consti-  
 tutus est, ut Legum auctoritate malos re-  
 primat, Pontifici datæ sunt claves, ut vel  
 Canonum severitate liget, vel utens Ec-  
 clesiæ Indulgentia solvat.* Petrus Damia-

*Lib. III.*  
*ep. 6.*

ni hac de re scripsit quoque Annoni Ar-  
 chiepiscopo Coloniensi, cujus magnam  
 apud Regem esse auctoritatem noverat,  
 rogans, ut quam primum fieri posset ad  
 opprimendam Cadaloi insolentiam & tol-  
 lendum Schisma Concilium Universale  
 celebrari curaret.

*Lambert.* Non ignorabat Aula Saxonica, me-  
*an. 1064.* mores esse Romanos, quod Rex Cada-  
 loum

loum ipsis inconsultis Papam creare molitus fuisset, ideoque ad seditionem pronos videri. Quare visum est Curia Regia Annonem Archiepiscopum Coloniensem ad res componendas Romam esse mittendum. Ergo relictis Germaniae negotiis Longobardiam petit & per Thusciam oppida celeriter Romam pervenit. A Papa humane exceptus Archiepiscopus placide & amico animo ait: *Alexander, Frater mi, qua ratione sine mandato & consensu Regis, Domini mei, Papatum recepisti? a longis namque temporibus id juris Reges sine dubio obtinuerunt.* Tum exorsus a Patriciis Romanorum & Imperatoribus, eos nominavit, quorum mandatis & assensu plurimi Pontifices Romanorum ad Sacram Sedem pervenissent. Sed Hildebrandus Archidiaconus & Episcopi Cardinales Archiepiscopo Coloniensi responderunt: *Firmissime tene, quod in Electione Romanorum Pontificum juxta Canonicas Sanctiones Regibus penitus nihil sit concessum.* Tum deductis in medium pluribus SS. Patrum Decretis, praecipue illo Nicolai II. Capitulo, cui centum & tredecim Episcopi subscripserunt, & post varias altercationes, Archiepiscopus Coloniensis ita victus est (si Romanis credimus) ut nihil haberet, quod opponeret rationi consentaneum, sed solum rogavit

C ;                      Papam,

Saeculum XI.  
A.C. 1063.

Gest. Pont.  
ap. Baro. an.  
1064.

Sup. l. LX.  
S. 30.

Sæculum XI. Papam, ut in Longobardia Concilium  
A. C. 1064. celebrare dignaretur, quo Electionis suæ  
 justitiam omnibus ostenderet. Putabat  
 Alexander novum hoc esse petatum, &  
 a Romani Pontificis Dignitate alienum;  
 nihilominus pensata temporum iniquita-  
 te Synodum Mantuæ celebrandam con-  
 vocavit.

Ceterum Alexander Papa voluit huic  
*Petr. lib. 1.* Concilio omnino esse præsentem Petrum  
*ep. 16.* Damiani, eumque suis literis Romam ac-  
 cersivit, in eremo Fontisavellanensi tunc  
 quiescentem. At ille senio impeditus  
 solummodo Mantuam se profecturum  
 promisit. Præstituto tempore Alexan-

*Gest. Pont.* der Papa cum Episcopis & Cardinalibus  
 eo se contulit. Omnes quoque Episco-  
*Cadalous* pi Longobardiæ interfuere solo excepto  
*iterum reji-* Cadaloo, licet Archiepiscopus Colonien-  
*citur.* sis eum adesse iussisset. In hoc Concilio

*Sigeb. an.* Alexander Papa se jurejurando de Simo-  
*1067.* nia, cujus accusabatur, purgavit, cum-  
 que validis argumentis probasset, sui ele-  
 ctionem fuisse legitimam, Longobardiæ  
 Episcopos, quos antea habuerat adver-  
 sos sibi conciliavit. Econtra Cadalous,  
 Simonix reus, una omnium voce da-  
 mnatus.

Necdum tamen acquievit Antipapa,  
*Lambert.* sed post abitum Archiepiscopi Colonien-  
*Gest. Pont.* sis Romam secundo, sed occulte venit,  
 & copiarum præfectis auro corruptis pe-  
 cunia-

cuniaeque in milites largiter sparsa, noctu urbem Leoninam ingressus, Basilicam S. Petri occupavit. Quod ubi mane per totam civitatem vulgatum est, populus turmatim ad S. Petri limina convolat, & milites, qui cum Cadaloo advenerant, atque praesidio esse debuissent, pavidi omnes fugiunt, & in cellis subterraneis latitant. Tunc vero Cincius Praefecti filius, juvenis improbus, ad auxilium Antipapae procurrit, & in Arcem S. Angeli recepto, edito juramento pollicetur, nunquam futurum, ut Pontificem destitueret. Annos duos ibi versatus est Cadaloo, ab Alexandri Papae copiis obsessus, nec alia via exire licuit, quam ut ab ipso Cincio datis trecentis argenti libris libertatem redimeret. Ita cum duobus omnino sociis clam evasit pie peregrinantibus mixtus, pauper & rebus omnibus spoliatus. Primum ad montem Bardonem, & inde ad oppidum Baretium pervenit. Brevi autem, quo superstes fuit, tempore semper ut legitimum Pontificem, sub nomine Honorii II. se gessit, Alexandrum Antipapam dixit, Clericos ordinavit, Decreta & Epistolas suas ad Ecclesias misit.

Hugo vero *Candidus*, a Leone IX. Cardinalis creatus, homo versuti ingenii & ad seditiones proni, Cadaloi fortunam secutus, multis sub eo ærumnis tolera-

Sæculum XI  
A.C.1064.

Lambert.

**Sæculum XI.** tis, tandem veniam ab Alexandro Papa  
**A.C. 1064.** petiit, quam, cum competente modo satisfecisset, impetravit. Econtra Henricus Archiepiscopus Ravennatensis saltem aliquamdiu adhuc in schismate perseveravit, & licet esset excommunicatus non solum absolvi non rogavit, sed etiam alios excommunicavit.

24. q. 1. au-  
 div.

## §. XII.

*Peregrinantes Jerosolymam.*

**Lambert.** **C**um ageretur annus a partu Virginis  
**an. 1064.** millesimus sexagesimus quartus, magnum peregrinantium agmen ex Germania Jerosolymam petiturum iter capessivit, Sigefrido Archiepiscopo Moguntino, Guntherio Episcopo Bambergensi, Ottonne Ratisbonensi, Guilielmo Ultrajectensi & compluribus aliis viris spectatissimis,

**Sigeb. an.** ducentibus. Septem ferme virorum  
**1065.** millia fuisse dicuntur. Cum Constanti-

**Sup. l. LX.** nopolim venissent, Imperatore Constantino Duca, qui ab annis quatuor regnabat, salutato, Sanctæ Sophiæ Ecclesiam admirati sunt, & innumeris Reliquiarum thecis oscula fixerunt. Verum cum Lyciam transissent, & Musulmannorum ditiones intrassent, a grassatoribus Arabicæ gentis infestantur. Opulentia vestium & equorum pretiosus instructus, quem ostentabant, hujus cladis causa fuit, nam incolas civitatum & agrorum ad

**Lambert.** **an. 1065.**

con-

Sæculum XI.  
A.C. 1065.

conspiciendos hospites turmatim collectos, cum peregrinantium divitias admirarentur, spoliis potiundi desiderium subibat. Nemo eorum majorem spectatorum turbam exciebat quam Guntherius Episcopus Bambergensis, vir media ætate, haud vulgari specie, & optimo vultu, quem vel vidisse, in fortunæ beneficiis plurimi numerabant. Non nunquam tanta hominum multitudo intra hospitii limina ad eum conspicendum penetrabat, ut eum ceteri Episcopi ad se ipsum foris omnium oculis præbendum compellerent, quo ipsi in diversorio ab importuno tumultu liberarentur. Ditissimus erat, amplum patrimonium præter Ecclesiæ suæ redditus possidens. Sed Guntherium multo majora commendabant, scilicet castissimi mores, venusta modestia, & animi demissio, facundia oris, consilium acre, atque eximia Divinarum juxta ac humanarum rerum Scientia.

Itaque, ut memoravimus, pie peregrinantes, & sua opinione tutos in Parasceve Domini vigesima quinta Martii, anno millesimo sexagesimo quinto aggrediuntur Arabes, qui, Christianorum adventu explorato, ad agendas prædas undique cum armis confluxerant. Peregrini & ipsi armati fortiter se tueri constituunt; sed primo impetu prostrati vul-

C 5

neran-

Sæculum XI. nerantur, & rebus omnibus exuuntur.  
A.C. 1065. Guilielmus Episcopus Ultrajectensis se-  
 mianimis, nudus, & brachio mulctatus  
 jacuit. Ceteri Christiani injectis saxis,  
 quibus locus ille abundabat, hostes ferie-  
 bant, non tam ut mortem effugerent,  
 quam differrent. Sensim tamen pedem  
 referentes tandem ad quamdam villam  
 regressi sunt. Episcopi domum occupant,  
 muro humili & pæne collapso cinctam.  
 Christiani autem in hoc vico tanta for-  
 titudine pugnabant, ut inimicis clypeos  
 gladiosque e manibus extorquerent, in  
 subeuntes intrepide irrumpentes. Un-  
 de Arabes longa obsidione & fame attri-  
 tos in suam potestatem redigere statuunt,  
 & interim continuis incurribus fatigatos  
 oppugnare. Nec enim difficile erat mul-  
 tis paucos laceffere, quippe ad duode-  
 cim millia Barbari armati confluxe-  
 rant.

Christiani viculi illius stationem in  
 Parasceve, toto Sabbato Sancto, & in die  
 Paschæ usque ad horam nonam matuti-  
 nam, propugnabant, nullo quietis tem-  
 pore succedente, alimenta enim cogi-  
 tandi mora non fuit, morte oculis &  
 menti obversante, nec si vacasset corpus  
 curare, ulla cibi copia fuisset. Ergo vi-  
 ribus deficientibus aliquis ex Presbyte-  
 ris exclamavit; nefas esse Deum tenta-  
 re, & in armis suis spem ponere, cum-  
 que

Arabes Præ-  
 dones.

que Divina providentia permittente ad  
 tantas angustias redacti essent, nullum  
 aliud superesse consilium, quam ut se vi-  
 ctoribus dederent. Opportunam ad-  
 monitionem laudarunt omnes, moxque  
 adhibito interprete de captivitatis con-  
 ditionibus cum Barbaris agere petie-  
 runt.

Igitur Princeps Arabum cum septen-  
 decim viris Ducum præcipuis procedens,  
 septa, quæ Christianis pro castris erant,  
 intrat, filioque mandat, ut ad portam sub-  
 sistens ceteros sui reverentia arceret.  
 Ubi ad conclave, in quod Archiepisco-  
 pus Moguntinus & Episcopus Bamber-  
 gensis se receperant, pervenit, rogavit  
 eum Episcopus, ut res ipsorum omnes  
 sibi auferret, & liberos dimitteret. At  
 Barbarus, pertinaci, quam Christiani edi-  
 derant, pugna irritatus, & victoria ferox,  
 non vestrum est, ait, victori leges præ-  
 scribere. Nam res vestræ non modo  
 meæ sunt, sed etiam carne satiabor &  
 sanguinem bibam. Et protinus detra-  
 ctam capiti suo, quam gentis more gere-  
 bat, cidarim \* Episcopi collo, quasi stran-  
 gulaturus, injicit. Præsul vero, vir gra-  
 vis, & in flore ætatis robustus, probri  
 impatiens, Arabem pugno in faciem im-  
 pacto terræ afflixit, proclamans, nemi-  
 nem prius quam impium istum oportere  
 temeritatis pœnas dare, qui manibus  
 profa-

Sæculum XI.  
 A.C. 1065.

\* Turban.

Sæculum XI. profanis Jesu Christi Sacerdotem violare ausus fuisset. Procurrunt ad Præsulis auxilium Christiani captoque Barbarorum Duci cum sociis, qui ad conferendum sermonem venientem comitati fuerant, manus post tergum religant, ram arcte constrictas, ut sanguis, ubi ungues extremis digitis junguntur, erumperet. Furiosius quam antea recrudescit prælium, atque Christiani, ut Barbarorum impetum cohiberent, ipsorum Ducem, ceterosque captivos ligatos, in loco, quo ab omnibus conspici poterunt, collocarunt, adstante nudato gladio carnifice, ad feriendum parato.

Dum in his angustiis sunt, nunciatur Christianis advenire auxilia. Nam cum non nulli eorum post prælium diei Veneris Ramliam fugissent, ab ipsis, quid gereretur, edoctus Urbis Præfectus contractis multis copiis ad liberandos Christianos iter acceleraverat. Vehementer mirabantur, quod contra Infideles ab Infidelibus juvarentur. Sed conjicere licet, fuisse Turcas, qui nuper hanc regionem suæ potestati subjecerant. Ubi vero Arabes imminere Præfecti agmina cognoverunt, relictis Christianis jam non bellum, sed fugam adornant, diversisque itineribus elabi properant. Adest ergo Ramliensis Præfectus, captivos Arabes sibi adduci jubens, & Christianis  
prolixè

prolixè gratias agens, quod strenue pug-  
nassent in latrones, qui a pluribus annis  
in illa regione impune grassarentur. Ca-  
ptivos custodire iussit, eos ad Regem  
suum missurus, & accepta a Christianis  
pecunia, quam daturus se promiserant,  
eos in urbem suam deduxit, tumque  
præsidarios addidit, qui peregrinantes  
usque Jerosolymam comitarentur.

Sæculum XI.  
A.C. 1065.

Venientes excepit Sophronius Pa-  
triarcha, Senectute venerabilis, & so-  
lemni ritu ad Ecclesiam S. Sepulchri,  
permultis lucernis ardentibus, resonan-  
tibus Cymbalis, Latinis Syrisque simul  
procedentibus, deduxit. Cetera quo-  
que Sancta in civitate loca videndi co-  
pia data est; non sine dolore rudera Ec-  
clesiarum a Califa Fatimita *Haquem de-*  
*structarum* conspexerunt, & non modi-  
cam pecuniam ad eas reparandas dona-  
runt. Cetera vero Terræ Sanctæ loca  
lustrare, & in Jordane lavari cupientes  
prohibuit metus Arabum grassantium, &  
vias omnes obsidentium. Unde longius  
a Jerosolyma discedere tuto non licebat.  
Tandem cum peregrinantes conscendis-  
sent classem Genuensium, qui & ipsi tem-  
pore vernali in Palæstinam appulsi, mer-  
cibus suis in urbibus maritimis venditis,  
Loca Sancta inviserant, in portum Brun-  
dusium inveci, Romæ deinde Sacras  
Basi-

*Ingnif. p.*  
904.

Christiani Je-  
rosolymam  
perveniant.  
*Sup. lib.*  
*LVIII.*  
§. 28.

Sæculum XI. Basilicas venerati sunt, & inde singuli  
A.C. 1065. ad sua redierunt.

Non nullis per Hungariam redire  
 visum est, ut Guntherio Episcopo Bam-  
 bergensi, qui in illis provinciis eodem  
 anno millesimo sexagesimo quinto vitam  
 terminavit, & Altmanno Imperatoris  
 Capellano, cui ibidem nuncium allatum,  
 se Episcopum Passaviensem electum fuisse.  
 Altmannus in Saxonia nobilibus pa-  
 rentibus natus, postquam artibus Libe-  
 ralibus, Philosophiæ, & Theologiæ ope-  
 ram dedisset, Ecclesiæ Paderbornensis  
 Canonicis adscriptus, Scholis præfectus  
 est, quod munus compluribus annis stre-  
 nue implevit. Fama viri deinde usque  
 ad Aulam Regis pervasit; Capituli  
 Aquisgranensis Præpositus electus in Pa-  
 latio Imperatoris Henrici Nigri ministra-  
 vit. Hoc Principe fati functo non mi-  
 nora obsequia Imperatrici Agneti viduæ,  
 turbulentis illis Germaniæ temporibus,  
 præstitit. Ipso autem in Palæstinam  
 profecto, cum Engelbertus Episcopus  
 Passaviensis ad cœlestia migrasset, &  
 Agnes Imperatrix, consentientibus Opti-  
 matibus, Altmannum Successorem no-  
 minasset, Clerici populusque omnisque  
 conditionis homines electioni applause-  
 runt. Redeuntem ex Oriente per Hun-  
 gariam excepturi viri ex proceribus  
 præcipui obviam missi, anulum & pe-  
 dum

*vit. ap. Teng.  
 nagel. p. 36.*

*Lambert.  
 an. 1065. p.  
 174.  
 Bertold.  
 1064.*

dum deferentes. Haud multo post a <sup>Sæculum XI.</sup> Gebhardo Archiepiscopo Salisburgensi, <sup>A.C. 1065.</sup> veteri amico suo, consecratur.

## §. XIII.

*Initia Turcarum Seliucididarum.*

**T**urcæ, quorum in Oriente crescebat <sup>Elmac. lib.</sup> potentia, erant Seliucididæ, nomen <sup>III. c. 7. p.</sup> sortiti a *Seliuc*, filio *Decac*, qui ex ista <sup>267.</sup> Familia primus Mahometi nomen dedit. Michael Seliuci filius decedens quatuor <sup>Bibl. Orient.</sup> reliquit filios, quorum alter *Togrulbec*, a <sup>p. 800. 1027.</sup> Græcis Tagrolipex appellatus, sui nominis fama magnam illarum Regionum partem <sup>Cedr. p. 768.</sup> implevit. Inter Musulmannos autem Mahomet *Abutalib* dicebatur. Eum, cum <sup>Elmac. p.</sup> totam Provinciam Corasanensem armis <sup>271.</sup> subegisset, Bagdatum in auxilium advocavit Califa quadragesimus septimus, nomine *Caim Biamvilla*, adversus alium Turcam, nomine *Bafasiri*, qui olim Principis Persarum in illa regione imperantis mancipium ad summæ potentie fastigium eluctatus fuerat. Ergo *Togrulbec* Bagdatum venit anno Hegiræ 447. Jesu Christi 1055. eamque civitatem suæ potestati subjecit, consentiente Califa, cui sororem suam nuptui dedit, accepto titulo & Sultanorum ornatu, prætereaque cognomento *Rocneddin*, id est Legis columna. Quippe jam ab annis centum, ut suo loco memoravimus, Califæ Bag- <sup>Sup. 1. LV.</sup> <sup>S. 13.</sup> daten-

Sæculum XI. datenses, vani nominis umbræ, Religio-  
A.C. 1065. nis Principes solum in provinciis, quæ  
 sibi parebant, sine ulla in Rempublicam  
 potestate, colebantur. Et quidem in  
 provinciis solum suis, nam durabat divi-  
 sio & schisma Musulmannorum, quorum  
 magna pars Califam Fatimitam Cairi re-  
 gnantem venerabatur. Qui vero illa  
 tempestate in Ægypto imperabat, *Almu-*  
*stanfer Billa* vocabatur.

Togrulbec naturæ debitum solvit an-  
 no Hegiræ quadringentesimo quinquage-  
 simo quinto, Jesu Christi millesimo sexa-  
 gesimo tertio, magno animo Princeps,  
 & Regibus formidandus. Defuncto suc-  
 cessit ex fratre *Jasfer-beg* nepos Maho-  
 met, cognomento *Olub-Arselan*, qui an-  
 nis novem imperans, Regni fines in Sy-  
 ria protulit. Hæc familia exinde pro-  
 spera fortuna usa Imperium condidit, quo  
 majus, ex quo Musulmannorum nomen  
 audiri cœperat, nunquam extitit.

§. XIV.

*Hæresis Incestuosorum.*

In Italia orta est Disceptatio, cujus ori-  
 ginem Petrus Damiani in Epistola ad  
 Joannem Cæsenatem & Archidiaconum  
 Ravennatem data nobis refert in hunc  
 modum: *Nuper Ravennæ fui, quod sci-*  
*tis, eamque civitatem periculoso errore*  
*turbatam inveni. Orta de gradibus con-*  
*sanguini-*

sanguinitatis disputatione, viri illius ur-  
 bis sapientissimi congregati Florentinis  
 civibus se consulentibus responderant; se-  
 ptimam Generationem, quam Canones de-  
 signarent, accipiendam esse in hunc mo-  
 dum; computatis quatuor gradibus ex  
 una parte, & tribus ex altera legitimum  
 matrimonium contrahi posse. Ad stabi-  
 liendam falsam opinionem Textum ex In-  
 stitutionibus Justiniani afferebant: Non  
 licet accipere in matrimonium Neptem  
 fratris sui, aut sororis suæ, quamvis quar-  
 to gradu distet. Ex quo inferebant: si  
 neptis fratris mei a me quarto gradu di-  
 stat, sequitur, filium meum ab ipsa quin-  
 to, nepotem meum sexto, & pronepotem se-  
 ptimo distare. Illico ita argumentanti-  
 bus respondi, ut potui, atque novam banc  
 Hæresim auctoritate Canonum, si licet ita  
 loqui, ad nihilum contrivi. Quia vero  
 vultis, ut quæ tunc protuli, etiam literis  
 mandem, omnibus, in illo errore versan-  
 tibus, profutura, in re ista, sicut in omni-  
 bus aliis vobis obediam.

Sæculum XI.  
 A.C. 1065.

Instit. lib. I.  
 tit. 10. de  
 Nupt. c. 3.

6. 1.

Tum Petrus Damiani ad ipsa causæ  
 argumenta exponenda procedens, prin-  
 cipium constans ponit, Propinquos ap-  
 pellari & dici illos, quos Leges Civiles  
 tanquam tales recipiunt, atque ad hæ-  
 reditatem admittunt. Quod ut probet,  
 falsam Decretalem Callisti Papæ citat.  
 Inde postea infert; quia illi, qui septi-  
 mo

Hist. Eccles. Tom. XV.

D

mo

Sæculum XI. mo gradu distant, ad successionem hæ-  
 A.C. 1065. reditatis admittuntur, iisdem matrimo-

nio misceri non debere concedi. In me-  
 dium adducit Arborem Genealogicam,  
 quæ Libro Canonum inferebatur, & in  
 qua sex gradus ex utroque latere pone-  
 bantur, quod superfluum fuisset & inuti-  
 le, si ex uno latere quatuor, & ex alte-  
 ro tres gradus ponere satis fuisset. Citat  
<sup>c. 4.</sup>  
*Burch. VII.* etiam aliquod Concilium Meldense, quod  
<sup>c. 16. Ivo.</sup> nullibi, quam in allegationibus Burchar-  
<sup>IX. c. 51.</sup> di, aliorumque Compilatorum, reperitur,  
<sup>art. 35. q. 20.</sup> & in quo diserte docetur, impedimenti  
 propinquitatis usque ad septimam gene-  
 rationem esse observanda.

Contra illud, quod Jurisconsulti ob-  
 jiciebant, Petrus Damiani affirmat, mo-  
 dum computandi gradus secundum Le-  
 ges Civiles esse diversum ab illo, quo  
 Canones uterentur, qui in eodem gradu  
 omnes illos ponerent, qui a communi  
 stipite æqualiter distarent, quocumque  
 sint numero, cum econtra Leges tot  
 gradus computarent, quot personæ ge-  
 nitæ numerarentur, semper communem  
 stipitem repetendo. Credit, computa-  
 tionem Canonicam illo modo niti, quo  
 in Sacra Scriptura generationes nume-  
 rantur. Sed optime probat discrimen  
 inter computationem civilem & canoni-  
 cam ex S. Gregorii auctoritate, quæ ipsi  
 objiciebatur. Nam S. Gregorius nulla  
 decla-

<sup>c. 6.</sup>  
 Gradus con-  
 sanguinita-  
 tis.

<sup>c. 7.</sup>  
*Lib. XII.*  
*ep. 31.*

declarat matrimonia consobrinorum, & nihilominus Anglis in quarto gradu propinquis matrimonia contrahere indulget; ergo Legibus civilibus non consentit, quæ consobrinos in quarto consanguinitatis gradu collocant. Quando personæ nuptias inire volentes inæquali distant gradu, veluti si una in sexto & altera in septimo, Petrus Damiani putat, rationem habendam esse gradus propinquioris, & prohibitum esse matrimonium; quod tamen S. Sedis judicio definiendum relinquit.

Hac lite ad Alexandrum II. Papam brevi delata, Quæstionem examini subijci jussit in Concilio Romæ in Laterano celebrato, ad quod præter Episcopos & Clericos diversarum provinciarum Judices convocavit. Legum & Canonum ratione diu pensata patuit, diversitatem in numerando affinitatis gradus inde proficisci, quod Leges & Canones diversam tractent materiam. Nempe, Leges horum graduum rationem habent propter successorem in hæreditate, Canones vero propter matrimonium. Itaque quia Hæreditas ab una persona ad aliam devenit, Imperator in qualibet persona unum gradum constituit. At quia duæ requiruntur personæ ad contrahendum matrimonium, Canones duas personas in uno gradu posuerunt. Justinianus non definiit quo-

D 2 usque

Sæculum XI.

A. C. 1065.

Sup. lib.

XXXVI.

§. 38.

c. 9.

35. q. 5. c. 2.

tom 9. Conc.

p. 1140. &

1181.

Diversitas

inter Jus Ca-

nonicum &

Civile.

Sæculum XI. usque Cognatio extendatur, sed dixit, A.C. 1065. plures gradus, quam sex illos a se com-

*Instit. l. IV. tit. 6. de grad. cogn.* memoratos, computari posse. Verum Canones post septimam generationem nullam amplius cognationem computant. Utraque computatio in effectu eadem est, quia duo gradus civiles unum gradum Canonicum efficiunt, ita ut fratres, qui secundum Leges in secundo gradu collocantur, secundum Canones in primo gradu positi sint, ita etiam consobrini & patruales secundum Leges in quarto gradu, secundum Canones in secundo computantur. Eadem est de ceteris ratio.

Hæc omnia referuntur in Epistola Decretali, a Papa in hac causa ad Episcopos, Clericos, & Judices Italiæ data, in qua ut diversam rationem numerandi gradus secundum Leges & secundum Canones confirmet, adducit auctoritatem S. Gregorii in Epistola ad S. Augustinum Angliæ Apostolum. Quia vero aliqui hac epistola abutentes dicebant, S. Gregorio permittente, matrimonium in tertio vel quarto gradu licite iniri posse,

*Greg. lib. XII. ep. 31. interro. 5. 6.* Papa Alexander epistolam citat ad Felicem Messinensem datam, in qua legitur, quod fuisset indulgentia singularis Anglis Neophytis concessa. Sed hæc epistola S. Gregorio perperam tribuitur. Ceterum tam in ista Decretali, quam in alia episto-

*Lib. XII. ep. 33.*

epistola de eadem materia speciatim ad Sæculum XI.  
 Clericos Neapolitanos data, iisdem uti- A.C. 1065.  
 tur argumentis, quæ Petrus Damiani in  
 Tractatu suo adhibuerat; unde ipsius in ep. 27.  
 primis consilium de hac quæstione requi-  
 situm fuisse videtur. Tandem Conci-  
 lii Romani & Epistolæ Decretalis Defi-  
 nitio est, Cognationis gradus secundum  
 antiquum Ecclesiæ morem numerari de-  
 bere, atque sub anathematis commina-  
 tione prohibetur, ne Fideles nuptias ce-  
 lebraturi hos gradus alio modo compu-  
 tent.

Hic error circa matrimonia Hæresis  
 Incestuosorum dictus est, ad quem con-  
 demnandum Papa duo Concilia uno an-  
 no, qui millesimus sexagesimus quintus  
 fuisse creditur, celebravit. Nam duo  
 Concilia fuisse habita, eorumque per- Opusc. 12.  
 exiguum extitisse fructum, ex Petri Da- c. 29.  
 miani testimonio discimus, dicentis:  
*Num vidimus unicum ex tot millibus ho-*  
*minem, qui incesti fœderis vincula abru-*  
*perit? num saltem aliquis ab ingressu in*  
*Ecclesiam abstinuit, ne crimina crimini-*  
*bus cumularet? quis autem Fidelium se*  
*Incestuosorum societati, quis communio-*  
*ni & familiaritati subtraxit? omnes*  
*itaque excommunicatione a Sacra Sede la-*  
*ta involvuntur. Heu! sæpissime vide-*  
*mus, virum uxori nobili, pulchræ, aut*  
*opulentæ, conjunctum, præcipue si ex ea*

Sæculum XI. *liberos genuerit, malle Deum deserere,*  
A.C. 1065. *quam exoptatum conjugium. Ex adver-*  
*sa parte, si cui uxor sua oneri est, Genea-*  
*logiam comminiscitur, mortuos testes ad-*  
*bibet, & conficto cognationis titulo im-*  
*petrat, ut legitimum matrimonium dis-*  
*solvatur.*

## §. XV.

*Abusus in Excommunicando.*

*Lib. I. ep. 12.* **I**nde Excommunicatio contemnebatur,  
 quod hoc fulmen spirituale frequen-  
 ter nimis emitteretur. Qua de re Pe-  
 trus Damiani conqueritur in epistola  
 quadam ad Alexandrum Papam data, cu-  
 jus verba sunt: *In omnibus ferme episto-*  
*lis Decretalibus anathema dicitur Refra-*  
*ctariis futuris; unde innumeris animabus*  
*ingens damnum accersitur, cum eis occa-*  
*sio ponitur lubrica in mortem æternam*  
*ruendi, priusquam notaverint, se vel le-*  
*vem errorem admisisse. Ita insidiæ struun-*  
*tur Fidelibus, se recta semita ingredi*  
*credentibus. Major longe pœna infligi-*  
*tur, quam in Judiciis Principum Sæcu-*  
*larium, in quibus rei vel libertate pri-*  
*vantur, vel omnibus Bonis, vel iisdem*  
*multa injungitur. Sed in Foro Ecclesia-*  
*stico ob culpam levissimam Christiani ab*  
*ipso Deo separantur. Ita omnia peccata,*  
*Stoicorum antiquo errore, æqualia æsti-*  
*man-*

mantur. (\*) *Non est hæc S. Gregorii, aliorumque Patrum antiquorum Disciplina, qui raro nisi contra errores in Fide, anathema pronunciarunt. Quapropter has clausulas excommunicationis ex Epistolis Decretalibus auferre non dedignare, quarum loco melius multam pecuniariam, vel quamdam aliam pœnam transgressoribus injunges.* Notatu dignum, quod Petrus Damianus Papæ jus esse multas pecuniarias injungendi crederet. (\*\*)

Sæculum XI.  
A.C. 1065.

D 4 §. XVI.

(\*) Hic notandum Fleurii Adversariis, eos oportere tanti viri censuram de frequenti Excommunicatione parcius vituperare, ne S. Petrum Damiani quoque similis maledicentiæ postulare videantur. Ceterum, largiter admodum Hæresis nomen illa ætate varii generis erroribus dabatur, Simonia sæpissime Hæresis dicebatur. In superiore numero errantes in computando gradus matrimonii Hæreticos Incestuosos appellatos fuisse vidimus. Et hic S. Petrus Damiani nimis frequentem Excommunicationem errori veterum Stoicorum comparat, nec tamen sine omni fundamento; nam ubi omnes rei æquali pœna plectuntur, æqualia omnium fuisse peccata merito creduntur.

(\*\*) Mens S. Petri Damiani ita explicanda esse videtur; debuisse Summos Pontifices omisso anathemate reis multas pecuniarias in modum pœnitentiæ Canonice in pauperes erogandas injun-

Sæculum XI.  
A. C. 1065.

§. XVI.

*Episcopi impuniti.*

In eadem epistola Petrus Damiani de alterius generis abusu querelas movet, quod nempe Episcopi dicerent, non licere subditis suis ipsos in Judicio accusare. *Quanta hæc est, inquit, arrogancia? quis fastus? ergo Episcopus bene maleve, suo arbitrio, vivat? & Fidelibus sibi subje-ctis succenseat, si vitia ipsi exprobrent? præsertim cum non se vertant ad tribu-nalia Sæcularia, quod non sine Dignitatis Episcopalis ludibrio fieret, sed ad Judi-cem Ecclesiasticum, ubi gravitate Sacer-dotali remedia adhibentur. Equitati consentaneum est, ut Episcopus accusatus innocentem se probet, vel humiliter reum confiteatur.* Boni consuluit S. Petrus, quod ex eo quæveretur, cur domum Cornelii Centurionis intrasset, & modeste facti hujus rationem reddidit. Pariter reprehendi in faciem a S. Paulo tulit. Si Episcopus in Ecclesia peccans in Ecclesia judicari nolit, quis deinceps Legibus Ecclesiæ subjectus esse volet? si filiis Ecclesiæ tuæ contra te mutire non liceat, unde foris testes accersantur? bis enim cum nulla tecum consuetu-

Act. 11. 3.

Gal. 2.

do  
jungere, quod non nunquam, consideratis circumstantiis, Confessarii in Sacro tribunali pos-  
sunt.

do fuerit, vitam & mores tuos ignorant. **Sæculum XI.**  
 Ergo superbia perniciosissima in Ecclesia **A.C. 1065.**  
 locum non habeat, audiantur justæ quere-  
 le, quas Ecclesia ab Episcopo suo oppressa  
 ad legitimum Præpositum defert, & ita  
 Præfulum temeritas metu iudicii in Con-  
 ciliis subeundi coerceatur.

## §. XVII.

*Martyres inter Sclavos.*

**R**eligio Christiana mirum in modum  
 apud Sclavos plagam ultra Albim Se- **Adam l. IV.**  
 pentrionalem Saxoniam incolentes propa- **c.n. & c. Sup.**  
 gata fuerat, & Gothescalcus, magna illius **l. LX. §. 57.**  
 gentis parte ad fidem conversa, anno **Boll. 7. Jun.**  
 millesimo sexagesimo quinto a Paganis, **to. 20. p. 40.**  
 quorum salutem quærebat, occisus est.  
 Martyrium subiit septima Junii in urbe,  
 quæ tunc Leontia, postea *Lenzin* seu *Lenz*  
 dicta est. Socium gloriosi certaminis  
 habuit Ipponem Presbyterum, in ipso Al-  
 tari mactatum, multosque alios tam Lai-  
 cos quam Clericos, varia supplicia pro  
 Jesu Christo passos. Ansuerus Mona-  
 chus compluresque alii Ratzeburgi de-  
 cima quinta Julii lapidibus obruti sunt.  
 Cumque Ansuerum sollicitudo teneret, ne  
 sociis suis ad ferendum martyrium ani-  
 mus deficeret, rogavit Infideles, ut ipsos  
 prius lapidarent. Ipse flexis genibus pro  
 persecutoribus suis oravit.

D f

Inte-

Sæculum XI. Interim Megalopoli custodiebatur Jo-  
 A.C. 1065. annes Episcopus, quem ante annos octo,  
 nempe anno millesimo quinquagesimo  
*Chron. M. S.* septimo in Saxoniam advenientem Adal-  
*ap. Mabill.* bertus Archiepiscopus humanissime ex-  
*Sæc. 6. p.* ceperat. Eum Archiepiscopus haud diu  
 155. post in Regionem Sclavorum ad Gothe-  
 scalcum Principem misit, ubi commo-  
 rans complura Paganorum millia bapti-  
 zavit. Tunc vero, vir senectute vene-  
 rabilis, primum fustibus cæditur, deinde  
 tanquam omnium ludibrio dignus per  
 omnes Sclavorum civitates trahitur, &  
 cum tamen in Fide & Confessione Jesu  
 Christi constantissimus esset, pedibus  
 manibusque & demum capite truncatur.  
 Corpore in plateam projecto, Barbari  
 Sancti Martyris caput perticæ impositum,  
 triumphantium more, circumferunt, &  
 Idolo suo *Redigast* immolant. Passus  
 est Joannes decima Novembris Rethræ,  
 Sclavorum Metropoli.

Gothescalci Principis vidua, Regis  
 Daniæ filia, Megalopoli cum aliis mulie-  
 ribus deprehensa, diu nuda verberata  
 est. Pagani totam provinciam Ham-  
 burgensem igne ferroque vastarunt, ur-  
 bem a fundamentis everterunt, & ubi-  
 que Cruces in Salvatoris opprobrium ali-  
 qua parte truncarunt. Pariter Sleswi-  
 cum, urbem opulentissimam & frequen-  
 tissimo populo plenam destruxerunt. Hu-  
 jus

jus persecutionis auctor esse dicebatur Sæculum XI.  
 quidam Pluffo, qui Gothescalci sororem A. C. 1065.  
 conjugem acceperat, & ipse ad sua re-  
 versus interfectus. Tandem Sclavi,  
 omnibus, qui Christianam Fidem abjice-  
 re recusabant, interemptis, universali  
 conspiratione ad vomitum, id est, ad Ido-  
 lorum cultum redierunt. Tertia hæc  
 erat Gentis perfidæ apostasia; quippe  
 primo ad Fidem opera Caroli Magni,  
 deinde Ottonis, & tertio Gothescalci  
 conversa fuerat.

## §. XVIII.

*S. Eduardi Extrema.*

**I**n Anglia Ecclesiæ Westmonasteriensis  
 structura anno millesimo sexagesimo  
 quinto perfecta, Rex Eduardus ejusdem  
 Dedicacionem ad diem Innocentium di-  
 stulit, eam majore pompa in Festis Na-  
 talis Domini, quo tempore Optimates  
 ad comitia publica convenire solebant,  
 celebraturus. Ceterum, imminere sibi  
 mortem, persuasum habebat, ex Reve-  
 latione a duobus Peregrinis, nomine S. vit. c. 9. ap.  
Boll.  
 Joannis Evangelistæ, quem singulari de-  
 votione colebat, ad se delata. In ipsa  
 Natalis Domini Nocte a febre correptus  
 est, qua tamen dissimulata in publico  
 convivio cum Episcopis & Optimatibus  
 assedit. Ubi Festum Innocentium adve-  
 nit, Dedicacionem Ecclesiæ magnificen- Cad. in Angl.  
Script. 10.  
tissime p. 398.

Sæculum XI. tiffime peragi iussit, in eaque plurimas  
 A.C. 1065. Reliquias, quæ Regis Alfredi, & olim

c. 3.

Caroli Magni fuerant, deposuit. Chartam quoque omnibus audientibus recitari voluit, in qua juxta Bullas Pontificum Leonis & Nicolai Donationes & privilegia ad hoc Monasterium pertinentia, atque etiam exemptionem a Jurisdictione Episcopali, adjecto jure Asyli, confirmabat. Huic Chartæ subscripserunt Rex, Regina ejus uxor, Stigandus Archiepiscopus Cantuariensis, Eldredus Archiepiscopus Eboracensis, & alii Episcopi decem, item Abbates quinque & complures Proceres, quorum primus Haroldus Eduardi Successor legitur. Dies apposita est vigesima octava Decembris anno 1066. sed annus tunc in Natali Domini, sicut etiam in Germania, incipiebat.

Ingravescente morbo, Rex publice affirmavit, se cum Regina non more mariti, sed fratris semper fuisse versatum, eamque Haroldo Duci ipsius fratri commendavit. Illorum deinde memor, qui se ex Normannia redeuntem secuti fuerant, omnes congruis beneficiis fovit, iussitque corpus suum in nova Ecclesia Westmonasteriensi sepeliri, præcipiens, ut mors sua nullo temporis spatio celaretur, unde alicujus preces pro anima sua retardarentur. Obiit tandem quarta

ta Januarii anno millesimo sexagesimo sexto, Indictione quarta, postquam regnasset annis viginti tribus, mensibus sex, diebus viginti septem, in eoque extincta est Stirps Regia Anglorum post annos sexcentos viginti, ex quo illa Gens, nempe anno Salutis quadringentesimo quadragesimo sexto, ad Magnæ Britannia litora primo appulsa est. Multa Miracula tam de vivo, quam mortuo referuntur; Ecclesia vero ejus memoriam quinta Januarii titulo S. Eduardi Confessoris, ut discernatur a Martyre, colit. (\*)

Sæculum XI  
A.C. 1066.

Sup. lib.  
XXXIV.

§. 14.  
XXXVI.

§. 1.  
Mart. Rom.  
5. Jan.

§. XIX.

*Guilielmus Normannus, Rex Angliæ.*

Eduardo Rege rebus humanis crepto, Haroldus Dux ejus Sororius nulla interpo-

Gesta. Guil.  
c. 196.

(\*) In Critica Antonii Pagi hæc leguntur: *Anglorum Reges curandi strumas vel scrophulas privilegium a S. Eduardo repetunt, eique acceptum ferunt. Hujus rei meminit Petrus Blesensis in epistola CL. Item, Malmesburiensis vero lib. 2. de Reg. c. 13. Denique Polydorus lib. 8. Solo enim tactu tam a Regibus Anglorum, quam a Regibus Francorum, ut infra videbimus, ac a septimis masculis nullo interjecto partu femineo natis curantur, quod de his ultimis centies & amplius propriis oculis vidi. Quare non est, quod quidam Medici hæc comenti-*

Sæculum XI. terposita mora Rex Angliæ manibus Stigandi Archiepiscopi Cantuariensis coronari voluit, & novem mensium Rex fuit; nam S. Eduardus Regni hæredem scripserat Guilielmum Ducem Normanniæ, Patruelem suum, memor beneficiorum, tam ab ipsius parente quam ab ipso, cum in exilio degeret, acceptorum. Cui etiam Haroldus fidem juraverat. Igitur Guilielmus, cum jus suum vindicare constituisset, Legatos Romam mittit, propitium sibi habiturus Alexandrum Papam, a quo vexillum, certum S. Petri præsidium promittentis signum, accepit. In Angliam deinde solvit, ubi pugna ad *Hastings*, 14. Octobr. anno 1066. edita adversus Haroldum victor, Festo sequente Nativitatis Domini, Westmonasterii corona

*mentitia Et quidam Theologi superstitiose esse dicant. Sunt hæ gratiæ gratis datæ, quæ a Deo tam bonis quam malis conferuntur non ad propriam eorum, sed ad communem aliorum utilitatem.*

Hucusque ex citatis Auctoribus P. Pagi. Verum, Petrus Blesensis gratiam hanc curandi scrophulas, atque etiam pestem *Veneream*, unctio- nis Regiæ Sacramento adscribit. At Malmesburien- sis dicit: *Unde nostro tempore quidam falsum insinuant, istius morbi curationem non ex Sanctitate, sed ex Regalis prosapiæ hæreditate fluxisse.*

rona redimitur ab Aldredo Archiepiscopo Eboracensi; nam Stigandum Cantuariensem, a Papa depositum & excommunicatum, coronam sibi imponere nolebat.

Sæculum XI.

A.C. 1066.

Sub. l. LX.

§. 54.

Ut gratum animum pro reportata victoria exhiberet Deo, & memoriæ pro accepto a Cælo beneficio æternæ monumentum relinqueret Guilielmus, in illo loco, in quo Haroldum devicerat, Monasterium condidit, Sancto Martino Sacrum, a S. Martino *le Bel*, latine *de Bello* dictum. Huic Rex multa Bona contulit, monachosque e monasterio Martyrum prope Turonem illuc advocavit. Illo enim Monasterio nullum aliud celebre magis in Francia existebat, ex quo S. Majolus Cluniacensis collapsam Regulam ibi rursus restituerat. Monasterio Martyrum \* tunc Abbas præerat Bartholomæus, qui illud annis viginti, scilicet ab anno millesimo sexagesimo quarto usque ad annum millesimum octogesimum quartum rexit, obiitque in fama Sanctitatis, multum ab Geofrido Barbato Comite Andegavensi & Turonensi, qui eum ad accipiendam ab ipso Monasterii Investituram compellere nitentibus, vexatus. Ceterum sæpius ex monachis suis aliquos ad Monasteria tum in Francia, tum in Anglia reformanda mittere rogatus est.

Sup. lib. LVII. §. 35.

\* Marmoutiers.

Art. SS.

Ben. Sæc. 6.

p. 2. p. 384.

Gui-

Sæculum XI.

A.C. 1066.

Guilielmus Rex Roberti II. Ducis Normanniæ, cui successit, filius spurius fuit; sed viri virtus natalium maculam absterfit. Ex eo tempore ejus posterii in Anglia, quo mores & linguam Francorum invexit, semper regnarunt. Nam Normanni, ex quo in Francia sedem fixerant, videlicet per annos centum quinquaginta, Francorum genium induerant. Guilielmi Regnum annorum viginti & unius novam in Anglia periodum signavit, cujus res gestæ clarius ad nos pervenerunt, Regesque sequente Sæculo inter Principes Christianos potentissimi extiterunt. Literæ ibidem majore ardore excoli, & Religio illustrius fulgere ceperunt.

Inter viros pietate insignes Guilielmus adhuc Dux Normanniæ carissimum habuit Lanfrancum monachum, cujus supra meminimus. Hujus familiaritate delectabatur, eique arcanas cogitationes aperiebat; tandemque ex Abbatia Beccensi evocatum, novo S. Stephani Monasterio, quod Cadomi extruxerat, præfecit. Fundandi autem monasterii occasio hæc fuit. Dux Guilielmus Mathildem Comitis Flandriæ filiam, non obstante, quod sibi cognatione juncta esset, conjugem acceperat. Monebat Lanfrancus Ducem, vetitas esse has nuptias, & ob istud matrimonium Nico-

laus

vit. Lanfr.

n. 8.

Sæc. 6. Ben.

laus II. Papa toti Normanniæ Sacris interdixit. Tunc Lanfrancus, itinere Romam suscepto, validis argumentis Pontifici demonstravit, quanta mala secutura essent præproperam Censuram; nequam enim fore, ut Dux ad repellendam uxorem adduci posset, quam tenerrimo affectu prosequeretur, tum etiam, quod timeret, ne ea turpiter dimissa Comitem Flandriæ ad arma sibi inferenda concitaret. Papa intelligens, vera esse, quæ monebatur, dispensavit, ut validum esset matrimonium, ea conditione, si Dux unum & Ducissa alterum conderet Monasterium.

Sæculum XI.

A.C.1066.

Ut ergo mandata Pontificis exequeretur Guilielmus Dux, Cadomi duo monasteria, alterum virorum, ut pro suo peccato satisfaceret, in honorem S. Stephani, alterum in honorem S. Trinitatis pro peccato Ducissæ Conjugis suæ fundavit. Utrumque usque in hanc diem ætatem tulit. Monasterio S. Stephani anno millesimo sexagesimo quarto condito, Ducis & Optimatum precibus Lanfrancus dedit, ut primus Abbatis onus subire vellet; tanti Magistri fama multos viros probos illuc adduxit, & ipse Regulam adamussim observari curavit. Ex discipulis vero Lanfranci nullus clarior extitit Guilielmo Rabodi Episcopi Sagiensis \*  
 filio, qui ad S. Stephanum Cadomi Ab-

\* Sées.

*Hist. Eccles. Tom. XV.*

E

bas

Sæculum XI. bas secundus fuit, postea Infula Archi-  
 A.C. 1066. episcopali Ecclesiæ Rotomagensis orna-  
 tus.

## §. XX.

*Lanfranci Liber contra Berengarium.*

Illo tempore, quo Lanfrancus Abbatis  
 munere ad S. Stephanum fungebatur,  
 scripsit contra Berengarium Librum suum  
 de Evcharistia, ad illum ipsum directum  
 in modum Epistolæ, cujus initium hoc

*Mabil. præf. 2. Sæc. VI. n. 57.* est: *Si Deus tibi voluntatem inderet me-  
 cum conferendi in aliquo loco congruo, id  
 forte etiam tuo, certissime autem illorum,  
 quos seducis, maximo bono fieret. Alte-  
 rutrum enim futurum esset, ut vel aucto-  
 ritati totius Ecclesiæ cederes, vel, te in  
 malo perseverante, alii veritati cognita,  
 quam Ecclesia nunquam non docet, victas  
 manus darent. Nunc vero singularis tua  
 hæc est pertinacia, quod errorem tuum  
 apud rudes occulte defendas, & publice in  
 Conciliis Fidem Orthodoxam confitearis,  
 non veritatis amore, sed mortis formidi-  
 ne. Ideo me fugis, virosque pios, qui de  
 dictis tuis meisque perite judicare possent,  
 præsertim de testimoniis opinioni tuæ fa-  
 ventibus, quæ temeritate non ferenda com-  
 minisceris, & vel nequitia vel ignoran-  
 tia Sanctis Doctores tribuis, cum jam  
 istud citas illudve Opus S. Augustini, S.  
 Gregorii, S. Hieronymi, aut alicujus al-  
 terius,*

*terius, quorum in Ecclesia summa auctoritas est. Protinus cavillationibus & tricis finis imponeretur, si libris in medium productis luce meridiana clarius ostenderetur, quod textus a te citati vel falsi sint vel corrupti. (\*)*

Sæculum XI.  
A. C. 1066.

Tum Lanfrancus Berengario exprobrat, quod in Concilio Romano sub Nicolao II. damnatus fuerit, & ipse errorem abjuraverit; quo non obstante, inquit, *librum postea scripsisti, quem refutare in hoc opere aggredior. Ut vero quid tu dicas, & quid ego respondeam clarius pateat, alternatim in principio cujuslibet Articuli nomen tuum meumque præponam. Nec tamen omnibus respondebo, sed quantum licuerit rem in compendio dabo.*

Sup. l. LX.  
§. 31.

Berengarius in suo libro abjuratæ suæ, sub Nicolao II. editæ, partem referat

C. 2.

E 2

rebat

(\*) Idem ingenium ac Berengario Protestantibus est; quæ in Conciliis publicis & in facie totius Ecclesiæ acta sunt & definita, damnant, quæ vero tenebriones ab Ecclesia rejecti docuerunt, recipiunt. Textus SS. Patrum de reali præsentia Christi in Evcharistia claros, in illis locis & libris, ubi de hoc Mysterio directe & ex Instituto loquuntur, silentio premunt, & quosdam textus alios jaçant, ubi SS. Patres, materiam aliam tractantes, de Evcharistia argumentum aliquatenus a pari, vel obscuram ambigamque similitudinem afferunt.

Sæculum XI. rebat dicens, esse Scriptum Cardinalis  
A.C. 1066. Humberti, Veritati Catholicæ adver-  
sum, atque hunc Cardinalem, quem in-  
eptum Burgundionem appellat, se ad am-  
plectendum errorem suum compellere  
voluisse. Lanfrancus respondet: *Quibus-*  
*cunque Humbertus sive ex conversatione,*  
*sive ex fama cognitus fuit, noverunt, fu-*  
*isse virum pium, in Fide Christiana & bo-*  
*nis operibus constantem, Scientiis Eccle-*  
*siasticis & Sæcularibus instructissimum.*  
*Eum S. Papa Leo non ex Burgundia, sed*  
*ex Lotbaringia Romam adduxit, tum*  
*Archiepiscopum ordinatum Verbum Di-*  
*vinum in Sicilia prædicare jussit, & de-*  
*inde Ecclesiæ Romanæ Cardinalem crea-*  
*vit. In illo autem fastigio positus Hum-*  
*bertus ita semper vitam composuit, ut nul-*  
*la perversæ doctrinæ suspicio in ipsum ce-*  
*ciderit. In omnibus Conciliis præerat,*  
*quotiescunque Sacra Sedes de Ecclesiæ bo-*  
*no deliberabat, consulebatur, cujus rei tota*  
*Ecclesia Latina testis est. Sed etiamsi in*  
*Burgundia natus fuisset; nemo tamen,*  
*nisi insolentissimus sit, alteri patriam ex-*  
*probrat. Cum vero affirmas, quod Veri-*  
*tati Catholicæ adversa scripserit, non*  
*eum solum, sed Pontifices, Ecclesiam Ro-*  
*manam, & multos Patres damnas, & tua*  
*culpa notam incurris, quam omnes commu-*  
*ni consensu pronunciarunt; Hæreticum*  
*esse illum, qui a Doctrina Ecclesiæ Ro-*  
*mana*

Lanfrancus  
 contra Be-  
 rengarium.

*manæ & Ecclesiæ Universalis disce-* Sæculum XI.  
*deret.* A.C. 1066.

Deinde Lanfrancus Berengario ob-  
cit, quod initium abjuratiōis suæ stu-  
diose omisisset, ut Lectoribus imponeret,  
crederentque, ea quæ hæretica dice-  
ret, non sua sed Cardinalis Humberti  
verba esse. Tum Lanfrancus integram  
abjuratiōem refert, qualem Berenga-  
rius legerat, eique in Concilio Ro-  
mano subscripserat, & ait: *Cur ergo hoc*  
*Scriptum magis Episcopo Humberto tri-*  
*buis, quam tibi, quam Nicolao Papæ, quam*  
*toti Concilio, quam denique omnibus Ec-*  
*clesiis, quæ illud reverente animo suscepe-*  
*runt, & pro tua conversione Deo gratias*  
*egerunt? nisi ut indoctis & quid actum*  
*fuerit ignorantibus, facilius persuaderes,*  
*unicum virum potius falli potuisse, quam*  
*tantam virorum & Ecclesiarum multitu-*  
*dinem? & tandem, ne si fatereris, hoc*  
*Scriptum tuum & abjuratiōem tuam*  
*esse, te ipsum perjurii convinceres, cum*  
*modo eandem abjuratiōem destruere co-*  
*naris?*

Berengarius dicebat: *Burgundio, seu* c. 4.  
*potius vulgi, Lanfranci & Paschasi stul-*  
*titia opinabatur, Substantiam panis &*  
*vini super Altare post consecrationem non*  
*remanere. Lanfrancus respondet: Scia-*  
*tis velim tu, & amici mei, & tota Eccle-* De Reali  
*sia, me, etiamsi mihi nihil auctoritatis, Præsentia.*

Sæculum XI. *nihil argumentorum esset ad demonstran-*  
 A.C. 1066. *dam veritatem Fidei meæ, malle cum vul-*  
 go Catholicum rusticum & ignorantem  
 esse, quam tecum concinnum, politum, &  
 acceptum Hæreticum. Tum quia Beren-  
 garius Humbertum sibi ipsi contradicere  
 affirmabat, addit Lanfrancus: *Miserrime*  
*mortalium! cur ergo jurasti, credere*  
*te, quæ tibi manifestam contradictionem*  
*implicare videbantur? si credebas, te ve-*  
*ram fidem tenere, an non præstitisset glo-*  
*rioso Martyrio vitam finire, quam te per-*  
*jurio polluere? (\*)*

c. 5. Ut contradictionem, quam commi-  
 niscebatur, probaret Berengarius, dice-  
 bat: *Quicumque dicit Panem & Vinum*  
*Altaris solummodo Sacramenta esse, aut*  
*Panem & Vinum solummodo esse verum*  
*Corpus & verum Sanguinem Jesu Chri-*  
*sti, ille certe panem & vinum remanere*  
*affirmat. Lanfrancus respondet: Nihil*  
*horum Concilium Romanum definivit, nec*  
*Humbertus Episcopus a te petiit, ut hæc*  
*confitereris. Prima opinio, quod panis*  
*& vinum solummodo sint Sacramenta, (\*\*)*  
*tuus est error & sectatorum tuorum. Se-*  
*cun-*

(\*) Non erat, quod timeret Berengarius,  
 mortem sibi inferendam, id enim nimium quan-  
 tum ab Ecclesiæ lenitate & disciplina abhorre-  
 bat.

(\*\*) Nempe Signa, sine reali præsentia.

cundam, quod panis & vinum sint solum. Sæculum XI  
A.C. 1066.  
modo (\*) verum Corpus & verus Sanguis  
Jesu Christi, nemo in terris tenet. Tu  
enim veritatem carnis & sanguinis ne-  
gas; Ecclesia vero credens panem conver-  
ti in Carnem, & vinum in Sanguinem, simul  
credit, hoc Sacramentum Incarnationis,  
Passionis Domini Nostri, & Fidelium con-  
cordiæ signum esse. Inde Lanfrancus in-  
fert, neutiquam contentam fuisse do-  
ctrinam sibi ipsi contradicentem in Scri-  
pto, cui subscribere Berengarius com-  
pulsus fuerat, cum, ut repugnantia osten-  
dere posset, seque a perjurii foeditate  
purgaret, mendacia consuisset.

Quod ex dicto Berengarii, panem & c. 6.  
vinum esse Corpus & Sanguinem Jesu  
Christi, affirmetur, panem & vinum re-  
manere, Lanfrancus respondet: Sæpe re-  
bus nomen illius, ex quo factæ sunt, tribui-  
tur, ut quando Deus dixit ad Adam: pul- Gen. 3. 19.  
vis es & in pulverem reverteris. Ita  
Scriptura panem Corpus Domini nostri  
nominat, sive quod ex pane fiat, & ali-  
quas species retineat, sive quod sit alimen-  
tum animæ & panis Angelorum.

Tum Lanfrancus Berengarium casti- c. 7.  
gat, quod auctoritate destitutus ad Dia-  
lecticam confugeret, & subjungit: Te-  
stis

E 4

(\*) Nempe ita, ut panis & vinum rema-  
neant.

Sæculum XI. *stis est mihi Deus! quod ubi de Sacris Li-*  
 A.C. 1066. *teris agitur, ejusmodi quæstiones nec pro-*

*ponere nec resolvere auderem. Si vero non  
 nunquam disputationis materia talis est,  
 quæ facilius ex hujus artis Regulis expli-  
 cari possit, philosophiam tamen vocibus  
 æquivalentibus, ut possum, dissimulo.*  
 e. 8. *Dum in Quæstione tanti momenti voci-  
 bus, AFFIRMATIO, SUBJECTUM,  
 ATTRIBUTUM, aliisque artis Diale-  
 cticæ terminis jactanter uteris, videris  
 ideo id facere, ut rudibus hominibus tuam  
 in disputando peritiam ostentes, cum, mis-  
 sis his vocibus, etiam aliis opinionem tuam  
 defendere posses.*

## §. XXI.

*Respondet ad Textus Patrum.*

**B**erengarius: *Per consecrationem panis  
 & vinum fiunt Sacramentum Religio-  
 nis, non ut cessent esse id quod erant, sed  
 ut mutantur in aliud. Ut docet S. Am-  
 brosius in libro de Sacramentis. Lan-  
 francus explodit hoc argumentum, &  
 refert alium S. Ambrosii locum, ubi di-  
 serte dicit, Evcharistiam non amplius  
 esse quod natura formavit, sed quod Be-  
 nedictio consecravit. Tum locum a  
 Berengario citatum repetens, integrum  
 apponit, & ostendit, S. Ambrosium mi-  
 raculum Evcharistiæ cum Creatione re-  
 rum omnium comparantem dicere: Si*

*ver.*

e. 9.  
 de Myst. c. 9.  
 §. 50.  
 Sup. lib.  
 XVIII. §.  
 54.  
 De Sacra.  
 l. 4. c. 4. n. 15.  
 edit. Bened.  
 V. Notas.

*verbum Iesu Christi Domini nostri tantæ est potentia, ut creare potuerit, quod non erat, quanto magis potest efficere, ut quod erat subsistat & mutetur in aliud? bis explicationem subdit; S. Ambrosius testatur, id quod erat subsistere, secundum ea quæ a sensibus percipiuntur, sed secundum substantiam internam, mutari in Naturam illius, quod prius non erat. Notat præterea, in aliis exemplaribus finem illius Textus in hunc modum legi: Ut quod erat mutetur in aliud.*

Sæculum XI.

A.C. 1066.

Berengarius: *Sacramentum Ecclesiæ constat duabus partibus, una visibili & altera invisibili, Signo & Re. Res est Iesu Christi Corpus, quod esset visibile, si oculis nostris obversaretur, sed elevatum est in Cælum, & sedet ad dexteram Patris, unde eum usque in tempora restitutionis omnium, ut loquitur S. Petrus, nemo detrabere poterit. Lanfrancus: Id ipsum & nos affirmamus, Sacrificium Ecclesiæ constare duabus partibus, specie visibili elementorum, atque Iesu Christi carne & sanguine, quæ sunt invisibilia, nempe signo, & re significata, id est Iesu Christi Corpore, quod manducatur in terra, quamvis in Cælo permaneat. Si quæris, quomodo id fieri possit, respondeo, esse Mysterium Fidei, quod credere salutare est, discuti vero inutile.*

Act. 3. 21.

E 5

Dein-

Sæculum XI. Deinde respondet ad aliquos Textus  
 A.C. 1066. ex S. Augustino excerptos, & data occa-  
 sione dicit, Sanguinem ex calice in ora  
 Fidelium fundi. Quod indicare vide-  
 tur, Fideles adhucdum Communionem  
 plerumque sub utraque specie accepisse.  
 Quod spectat ad locum ex epistola ad  
 Episcopum Bonifacium data objectum,  
 in quo S. Augustinus dicit, quod Sacra-  
 mentum Corporis JESU Christi quodam-  
 modo sit Corpus JESU Christi, Lanfran-  
 cus respondet, quod Corpus JESU Chri-  
 sti invisibile & forma panis obnubilatum  
 sit Sacramentum, & Signum ejusdem  
 Corporis visibilis & palpabilis, quod in  
 Cruce immolatum est, atque quod Sa-  
 cramenti celebratio sit illius primi Sacri-  
 ficii repræsentatio. Tum ut ostendat,  
 non esse absurdum, quod caro & Sanguis,  
 seu Corpus JESU Christi, sub uno respec-  
 tu, sit signum sui ipsius sub alio respectu  
 accepti, affert exemplum JESU Christi  
 Discipulis *Emaus* euntibus conspicui fa-  
 cti, & se longius proficisci velle fingentis,  
 qui secundum Doctrinam S. Augusti-  
 ni tunc figura fuit sui ipsius in Cœlum  
 ascendentis.

Luc. 24, 13.  
 28.  
 Aug. cont.  
 mend. c. 13.  
 n. 28.

c. 15. Berengarius: *S. Augustinus in eadem  
 Epistola ad Bonifacium dicit, JESUM  
 Christum semel in se ipso fuisse immola-  
 tum, & nihilominus quotidie in Sacra-  
 mento immolari.* Lanfrancus: *Vult di-  
 cere,*

*cere, quod Iesus Christus semel tantum* Sæculum XI.  
*immolatus fuerit, exhibens Corpus suum* A. C. 1066.  
*in cruce manifestum, cum se Patri suo*  
*passibilem & mortalem obtulit; sed in Sa-*  
*cramento, quod Ecclesia in memoriam il-*  
*lius Sacrificii celebrat, Christi caro singu-*  
*lis diebus immoletur, dividatur, mandu-*  
*cetur, & Sanguis ejus de Calice in os Fi-*  
*delium immittatur, vera caro & verus*  
*sanguis, tam illa quam iste ex Maria Vir-*  
*gine assumptus.*

Berengarius  
objiciens.

Berengarius dicebat, Ecclesiam Ro-  
 manam esse Concilium impiorum, & Ca-  
 thedram Apostolicam esse Cathedram  
 Satanæ. Lanfrancus respondet, nun-  
 quam hæcenus quemquam Hæreticum,  
 Schismaticum, aut malum Christianum  
 talia effutiisse, sed omnes S. Petri Cathe-  
 dræ honorem habuisse.

c. 16.

Berengarius: *Quis intellectu assequi*  
*possit, aut credere, etiam miraculo fieri*  
*posse, ut panis frangatur in Corpore Iesu*  
*Christi, qui post suam Resurrectionem est*  
*absolute incorruptibilis, atque usque ad*  
*finem mundi in cælo permanet?* Lanfran-  
 cus: *Iustus, qui ex fide vivit, non scru-*  
*tatur, non cupit intellectu percipere, quo-*  
*modo panis caro fiat, & vinum san-*  
*guis, utriusque natura intrinsece mu-*  
*tata. Sed potius Mystera Cælestia cre-*  
*dere vult, ut aliquando Fidei suæ merce-*  
*dem consequatur, quam frustra conari my-*  
*sterium*

c. 17.

Sæculum XI. *sterium capere, quod incomprehensibile*  
A.C. 1066. *est. At istud proprium est Hæretico-*

*rum ingenium, videre simplicium fidem,*  
 & omnia intellectu velle comprehendere.  
 Ceterum cum credimus Jesum Christum  
 in terris vere manducari, & ad Salutem  
 illorum, qui eum digne accipiunt, credi-  
 mus nihilominus certissime, ipsum inte-  
 grum & incorruptibilem in Cælo existere.  
 Deinde auctoritatem Concilii Ephesini  
 & S. Cyrilli Alexandrini adducit.

Sup. lib.  
 XXV. §. 22.  
 lib. XXVII.  
 §. 1.

## §. XXII.

## Doctrina Catholica.

c. 18.

Lanfrancus refutatis Berengarii in Car-  
 dinalem Humbertum & Ecclesiam  
 Romanam calumniis, transit ad argu-  
 menta, quibus Doctrina Catholica de-  
 monstratur. *Credimus, inquit, Substan-*  
*tias terrestres, quæ in mensa Domini mi-*  
*nisterio Presbyterorum sanctificantur, su-*  
*prema Dei potentia, modo ineffabili &*  
*incomprehensibili, mutari in Substantiam*  
*Corporis Domini, exceptis speciebus &*  
*quibusdam aliis earundem rerum qualita-*  
*tibus, ne Fideles horrescant crudam car-*  
*nem & sanguinem devorare, atque ut in-*  
*de crescat Fidei meritum. Ita tamen, ut*  
*idem Corpus Domini in Cælo ad dexte-*  
*ram Patris, immortale sanum & inte-*  
*grum permaneat, atque ita, ut vere dici*  
*possit, quod accipiamus idem Corpus, quod*

de Virgine natum est, & non idem; nempe idem est, si essentia, veræ naturæ proprietates & virtus spectentur, non est idem, si spectentur panis & vini species. Hæc est Fides, quam in primordio tenuit, hodieque confitetur, Ecclesia, quæ per totum terrarum orbem diffusa, Catholica dicitur. (\*) Probat Doctrinam istam ex verbis Christi Evcharistiam instituentis, ex S. Ambrosii libris de Mysteriis & de Sacramentis, ex S. Augustino in Psalmos & in S. Joannem, ex S. Leone & Sancto Gregorio, atque ex compluribus miraculis, quorum veritatem in dubium vocari non posse affirmat.

Sæculum XI.  
A.C.1066.

c. 18. 19.  
Amb. de  
Myst. c. 9. de  
Sacram. IV.  
c. 4. 5.  
Aug. in Psal.  
33. 45. 65. 98.

Lanfrancus postea ad quædam objecta respondet. Dicebat Berengarius: *Quod vos putatis esse verum Corpus Jesu Christi, a Scriptoribus Ecclesiasticis vocatur species, similitudo, figura, signum, mysterium, Sacramentum, nunc vero hæc voces ad aliquid referuntur, ideoque non possunt significare rem ad quam referuntur, nempe Corpus Jesu Christi.* Lanfrancus respondet: *Evcharistia vocatur species seu similitudo respectu illius, quod prius*

(\*) Abjecte admodum tam de Jesu Christi Charitate infinita, quam de Omnipotentia Dei sentiunt Protestantes, sive dicant, quod Fideles in Evcharistia Corpus Domini solum in Signo, sive in virtute existens accipiant.

Sæculum XI. prius fuit, nempe panis & vini; quo non  
 A.C. 1066. obstante quoad substantiam est vera caro  
 & verus Sanguis JEsu Christi, etiam  
 illis, qui indigne sumunt, quamvis ipsi  
 virtutem salutarem non accipiant.

c. 12. Et infra: Credis, panem & vinum Sa-  
 cræ mensæ permanere quoad suam substan-  
 tiam, quod antea erant, Carnem vero &  
 Sanguinem JEsu Christi ideo vocari, quia  
 ad memoriam ejus carnis crucifixæ, &  
 sanguinis effusi celebrandam adbibentur.  
 Si hoc ita est, Sacramenta Judæorum ex-  
 cellentiora fuerunt, quam Christianorum,  
 quippe Manna de cælo missum, & anima-  
 lia, quæ immolabantur, præstantiora erant  
 buccella panis & modico vino, & magis  
 Divinum esse videtur prædicere futura,  
 quam præterita commemorare.

In Epilogo Lanfrancus Berengario  
 auctoritatem Ecclesiæ opponens ait: Si  
 quod tu de Corpore JEsu Christi affir-  
 mas, verum est, fallitur Ecclesia Univer-  
 salis; quicumque enim se Christianos pro-  
 fitentur, se in hoc Sacramento veram car-  
 nem & verum Sanguinem JEsu Christi  
 accipere gloriantur. Interroga omnes  
 illos, qui linguam latinam & libros no-  
 stros intelligunt. Interroga Græcos, Ar-  
 menos, Christianos cujuscunque demum  
 nationis. Omnes uno ore, banc esse Fidem  
 suam, proclamant. Si vero Fides Ecclesiæ  
 uni-

*universalis falsa (\*) est, Ecclesia vel nunquam extitit, vel interiit. Sed neutrum*

Saeculum XI.  
A.C. 1066.

(\*) Die Einigkeit der Lehre in allen Welttheilen unter der Aufsicht und Regierung der Bischöfe, deren Oberhaupt der Römische ist, war zu allen Zeiten ein Zeichen der wahren Kirche Christi. Denn ohne Abhängigkeit und Verbindung der Lehrer kann unmöglich eine Einigkeit der Lehre bestehen, wie man solches in allen von der Römischen Kirche abgesonderten Gemeinden sieht. Es sagen zwar die Herren Protestanten; Was brauchen wir den Pabst und die Bischöfe? wir haben ja von Gott die Vernunft und die heilige Schrift? Dieses aber haben auch die Manichäer und die Arianer vorgegeben? Nun daß die Protestanten die heilige Schrift von Herzen schlecht und fälschlich auslegen, giebt uns der Herr Mosheim eine neue Probe in seinem allgemeinen Kirchenrechte der Protestanten auf der 59. Seite, da er, um seinen Lesern weis zu machen, daß auch so gar der Namen Bischof vom Anfang der Kirche unbekannt gewesen sey, saget: Diese Engel (in der geheimen Offenbarung des heiligen Joannes) sind nichts anders, als diejenigen Personen, welche in den folgenden Zeiten Bischöfe, zum Unterscheid von andern Aeltesten, genennet wurden. Ja wohl, in folgenden Zeiten, Herr Mosheim! sondern schon der Heilige Paulus, welcher unter dem Kayser Nero um das Jahr Christi 67. (da doch der Heilige Joannes seine Offenbarung allererst unter dem Kayser Domitian um das Jahr 95. oder 96. geschrieben) die Marter gelitten, in den

Ge

Sæculum XI. *trum vir Catholicus unquam concedet.*  
 A C. 1066. Affert deinde Sacræ Scripturæ loca, quæ  
 Ecclesiæ universalitatem demonstrant, &  
 sub.

Geschichten der Apostel saget: *Attendite vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.* Und im Sendschreiben an den Timotheus: *Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum &c.* Ein Bischof muß unsträflich seyn, und niemals zwey Weiber gehabt haben. Und wiederum, an den Titus: *Oportet ergo Episcopum sine crimine esse &c.* Wie hält's nun um die Wahrheit der Worte des Mosheims, daß erst in folgenden Zeiten einige Personen in der Kirche Bischöfe genennet worden? Eine so falsche Auslegung soll bey den Evangelischen das reine Wort Gottes seyn. Ferner saget Herr Mosheim: Die Engel oder Gesandten, deren daselbst gedacht wird, waren Personen, die ein Ansehen in der Gemeinde hatten, welche bestrafen und belohnen konnten &c. Wenn aber diese Engel oder Bischöfe belohnen und bestrafen konnten, so mußten sie ja eine Gerichtsbarkeit, ein Recht, eine Gewalt haben, ohne welche man keine Bestrafung begreifen kann. Darum können doch die Protestanten nicht mit Wahrheit sagen, daß die Geistlichkeit einen Staat im Staate ausmachtet; weil sie dem Landesfürsten unterthänig ist, und von Jesu Christo keine weltliche, sondern nur eine geistliche Gerichtsbarkeit zu binden und zu lösen empfangen. Nur muß man in Deutschland den Bischof von dem Landesfürsten wohl unterscheiden.

subdit: *Dicis, quod Ecclesia formata fuerit, & fructus fecerit apud omnes nationes, sed postea ignorantia illorum, qui ejus Doctrinam non intellexerunt, erraverit, perierit, & jam inter vos solos in terra delitescat.* His objicit promissionem Jesu Christi, & argumenta S. Augustini, probantis, Ecclesiam interire non posse. (\*) Hucusque Lanfrancus contra Berengarium.

Sæculum XI.  
A.C. 1066.

Matth. 28.  
20.

§. XXIII.

*Ecclesie in Germania.*

In Germania Adalbertus Archiepiscopus Bremensis maximam auctoritatis partem in rebus gerendis sibi vindicaverat, quam ne amitteret, Henricum Regem intra Saxonie fines continebat, nec alias provincias peragrarare sinebat, quod timeret, potestati suæ plurimum decessurum, si Rex juvenis alios Optimates consulere. At Sigefridus Archiepiscopus Moguntinus & Anno Coloniensis, conspirantibus pluribus aliis Proceribus, tandem Adalberti tyrannidem excussuri,

Lambert.  
an. 1066.

Die-

(\*) Hoc etiam telo Mosheimii aliorumque Protestantium dicentium, Ecclesiam errare posse, audacia retunditur. *Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.* Matth. XXVIII.

*Hist. Eccles. Tom. XV.*

F

Sæculum XI. *Dietam*, seu Conventum generalem Triburiæ prope Moguntiam indicunt, statuuntque Regi duras condiciones ponere, ex quibus unam eligeret; videlicet vel Regno se abdicaret, vel amicum Archiepiscopum Bremensem dimitteret. Hæc ineunte anno millesimo sexagesimo sexto agebantur. Ubi Rex Triburiam pervenit, adsunt comminantes, nisi Regno cedere vellet, Adalbertum pelleret. Regi titubanti, & consilii inopi suadet Adalbertus; superveniens proxima noctis tenebris fugeret, vim auri quantam posset auferret, & Goslarium vel in aliam urbem, ubi tuter degeret, contenderet. Verum Princeps explorato Bremensis consilio arreptis armis tota nocte Regiam obsederunt. Postquam illuxit, cum Rex vix satis prohibere potuisset, ne manus in Archiepiscopum Adversarii injicerent, Adalbertus cum omnibus clientibus & suæ factionis hominibus probrose ex Regia pelitur, Rege præsidium saltem comitari jubente, ut incolumis ad sua deduceretur. Ita Reipublicæ regimen ad Episcopos rediit, qui, vice quisque sua, consilia Regi suggererent.

Henricus Ultrajecti Festum Paschæ, quod hoc anno millesimo sexagesimo sexto in decimam sextam Aprilis incidit, *Herm. cont.* bat, celebravit; cumque in Sabbato San-

Sancto Eberhardus Archiepiscopus Trevi-  
rensis Sacris operatus esset, subito & Pon-  
tificialibus vestibus necdum exutus, in  
Sacristia expiravit. Tunc Anno Archie-  
piscopus Colonienſis effecit, ut hæc Ec-  
clesia vacans Cunoni, seu Conrado, ne-  
poti suo, Ecclesiæ suæ Præposito, confer-  
retur. Sed repugnabant Clerici popu-  
lusque Trevirensis vehementer offensi,  
quod a jure eligendi Pontificem exclusi  
fuiſſent, seque invicem cohortabantur,  
ut opprobrium memorabili facinore ul-  
ciscerentur. Erat tunc Ecclesiæ Trevi-  
renſis Major Domus Dietricus Comes,  
juvenis & suo ingenio & fervore ætatis  
ferox. Ergo illa die, qua novus Archi-  
episcopus urbem intraturus erat, ipse se  
obvium cum valido armatorum agmine  
infert, & Præsulem ex ædibus suis pro-  
cedentem invadit. Pauci, qui comita-  
bantur, cum dominum seque tueri vel-  
lent, interficiuntur. Ceteri in fugam  
aguntur. Divitias, quas Conradus maxi-  
mas vehebat, Dietricus diripit, & ipsum  
vinciri jubet. Diu in carcere custodi-  
tum quatuor Equitibus tradit, ipsorum  
arbitrio necandum. Illi ex altissima ru-  
pe Archiepiscopum ter præcipitant; nec  
tamen tantis casibus interemptus est,  
sed tantum uno brachio mulctatus. La-  
tronum alter veniam petiit, alter Præ-  
sulis caput gladio amputaturus, exer-  
rante

Sæculum XI.

A.C. 1066.

Lamb.

ſæculum XI. rante manu, unam maxillam abſtulit.  
A.C. 1066. Tandemque inter ipſorum manus prima  
 die Junii anno millesimo ſexageſimo ſex-  
 to extinctus eſt. Habitus eſt Martyrum  
 numero, atque ad ejus tumulum mira-  
 cula edita feruntur. Interfecto in Sede  
 Trevirenſi ſucceſſit Uto, unanimi Cleri-  
 corum populique conſenſu electus. Na-  
 tus iſ erat in Germania ſuperiore paren-  
 tibus Eberhardo Comite & Ida eonjuge,  
 Conditoribus monaſterii Scaphuſienſis,  
 unde Civitas poſtea nomen accepit.  
 Eberhardus & Ida, monaſticum institu-  
 tum amplexi obierunt, omnium opinio-  
 ne Sancti.

*Mabill. Sac.*  
*VI. aſt. par.*  
*2. p. 337.*

*Lambert.* Eodem anno Reinhero Epifcopo Meſ-  
 ſeinenſi fatiſ functo Craſtius, Præpoſitus  
 Goſlarienſis, ſuffectus eſt. Accepta Di-  
 gnitate Goſlariam rediit, & ſumpto pran-  
 dio in cubiculo ſe incluſit, quaſi acquie-  
 turus. Erat ibi ejus theſaurus, quem  
 nemine prorsus conſcio defoderat. Ex-  
 pectarunt autem exiturum, qui excuba-  
 bant uſque ad noctem ruentem; tan-  
 dem mirati, quod præter morem tamdiu  
 ſomno indulgeret, fores pulſant, ipſoque  
 non reſpondente effringunt. Mirum di-  
 ctu! conſpiciunt mortuum, eliſis cervi-  
 cibus, nigreſcente facie, auri cumulis in-  
 cumbentem.

§. XXIV.

## §. XXIV.

Sæculum XI.  
A. C. 1066.*S. Theobaldus Provenensis.*

Eodem anno e mundo exiit prope Vi-  
centiam in Longobardia S. Theobal-  
dus, celeberrimus Anachoreta. Natus  
erat in Francia Provini, oppido Diœce-  
sis Senonensis, parentibus nobiles &  
opulentissimis ex Familia Comitum Cam-  
paniæ, eumque Theobaldus III. qui tunc  
in Campania rerum potiebatur, e fonti-  
bus Baptismi levavit. Juvenis maximo  
studio ad vitam eremiticam impulsus se-  
creto adiit quemdam Eremicolam, no-  
mine Buchardum, in Insula Sequanæ  
amnis commorantem, cujus consilium  
amplexus, cum uno ex Equitibus suis,  
nomine Gualterio & duobus famulis iti-  
neri se dedit. Remos primum pervene-  
runt, ubi conspectum famulorum fu-  
gientes, pedibus ulterius progressi sunt.  
Tum permutatis pretiosis vestibus, qui-  
bus incedebant, & in vicem aliis a duo-  
bus pauperibus peregrinis acceptis Ger-  
maniam petunt. Diu ibi versati, & ex-  
trema paupertate contenti, manibus suis  
laborabant. Nec opera vilissima obire  
dedignati scœnum subsecabant, lapides  
comportabant, stabula purgabant, & in-  
primis opus carbonarium exercebant.  
Quadam die cum ambo ad evellenda ex  
vineis zizania operam locassent, Theo-  
baldum

F 3

baldum

Sæculum XI. baldum, quem vires exiguæ tantum,  
A.C. 1056. quantum alii robustiores, perficere non  
 permittebant, operariorum præfectus  
 crudeliter habuit, nec Gualterius, lin-  
 guæ germanicæ ignarus, socium satis  
 defendere potuit.

Modica pecunia suo labore compara-  
 ta, peregrinationem in Gallæciam ad S.  
 Jacobum nudis pedibus susceperunt, re-  
 versique sunt in Germaniam. Tum  
 Theobaldus socium rogavit, ut paupe-  
 rem Clericum exquireret, qui se literas  
 legere doceret, quoniam literarum ope  
 Christiani præcepta Dei facilius intelli-  
 gere & servare possent. Invenit Gual-  
 terius magistrum, qui eum septem Psal-  
 mos Pœnitentiales docuit; sed deerat  
 Theobaldo Psalterium, & pecunia, qua  
 librum emeret; quare Gualterius præ-  
 ceptorem permovit, ut Provinum ad Ar-  
 nulphum Theobaldi patrem proficisce-  
 retur, & ab ipso Psalterium pro filio pe-  
 teret. Iter itaque ingreditur Magister,  
 portans panem, quem Theobaldus paren-  
 tibus suis dono mittebat, nihil aliud ha-  
 bens, quod daret, quin & hunc ipsum ab  
 aliorum charitate eleemosynæ nomine  
 acceperat. Arnulphus & Guilla conjux  
 ejus, comperto, quam sanctum vitæ ge-  
 nus ipsorum filius profiteretur, gratias  
 Deo agunt, panem ut munus pretiosum  
 recipiunt, eumque comedendum com-  
 pluri-

pluribus variis febribus vexatis porri- Sæculum XI.  
gunt, qui omnes sanati sunt. A.C. 1066.

Arnulphus, ardentissimo desiderio dilectissimum filium videndi impulsus, Magistrum redeuntem secutus est usque Treviros, qui eum extra civitatem sub arbore, ad quam Theobaldus ad legendum exire consueverat, præstolari iussit. Tum ipse, quasi experturus, an Theobaldus se absente in literis profecisset, eum illuc deduxit. Ubi vero Theobaldus patrem suum stantem conspexit, ait: *Prodidisti me.* Et celeriter regressus est. Sequebatur Arnulphus inter lacrymas exclamans: *Cur patrem fugis, carissime fili! non ego te a sancto instituto retrahere volo. Solum ex hoc fine veni, ut te videam, semel alloquio tuo fruam, & hoc solatium afflictæ matri tuæ referam.* Respondit Theobaldus: *Domine* (nam ex quo paternæ domui valedixisset, eum patrem suum non amplius appellavit) *noli quietem meam turbare. Vade in pace, & sine me in Jesu Christo pacem habere.* Reposuit pater: *Fili mi! nihil habes, nobis autem multa bona sunt. Saltem in nostri commemorationem accipe tibi aliquid.* Respondit filius: *Non possum quidquam accipere, postquam omnia propter Deum reliqui.* Quo dicto recessit. Gualterius autem Arnulpho di-

Sæculum XI. xit, filio ipsius nulla re nisi Psalterio opus  
A.C. 1066. esse, quod ille lætus obtulit.

*vita S. Theobaldi.* Tunc vero Theobaldus, ut a parentibus remotior esset, Romam migravit, longiorem etiam profectioem cogitans. Hinc etiam ab Urbe discedens, viam quæ Venetias ducebat ingressus est, inde Jerosolymam peregrinaturus. Cum vero Gualterius, gravis senectute, tot laboribus ferendis impar esset, prope Vicentiam in loco, qui Salanica nominabatur, consentientibus illius regionis Dominis, substiterunt, ubi extracto tuguriolo vitam reliquam ambo transegerunt. Ex quo domo abierant, annos tres peregrinando consumpserant, Gualterius in ista solitudine annos duos superstes fuit, Theobaldus autem annos septem postea vitam traxit, diu solo pane hordeaceo vescens, & aquam bibens, tandemque nullum aliud alimentum sumens, quam poma, olera & radices, sine ullo potu. Semper cilicio cinctus, loris corpus sæpe cadebat, vix unquam somnum admittens. Episcopus Vicentinus viri meritis permotus, postquam eum gradatim ad omnes Ordines promovisset, Presbyterum ordinavit. Tandem ultimo vitæ suæ anno Theobaldus Habitum monasticum recepit.

Cum fama ad Arnulphum pervenisset, quanta ubique esset de Filio suo Sanctitatis

citatis opinio, constituit peregrinatio-  
 nem ad limina Apostolorum suscipere,  
 saltem in via filium visurus. Domum  
 deinde redux narravit Guilla uxori,  
 quam sancte Theobaldus vitam instituis-  
 set. Mox & ipsa filium suum invisere  
 voluit; quare Arnulphus cum uxore,  
 multis viris nobilibus comitantibus Ita-  
 liam repetit. Guilla vero, ubi filii sui  
 alloquio frui datum est, nunquam am-  
 plius adduci se passa, ut ab eo discede-  
 ret, se ipsam in illa solitudine Dei servi-  
 tio mancipavit. Tandem annis duode-  
 cim, ex quo Theobaldus patriam reli-  
 querat, & annis novem, ex quo Salani-  
 cam se receperat, sancte obiit, prima die  
 Julii anno millesimo sexagesimo sexto,  
 ac Vicentiæ sepultus est. Miraculis in  
 vita & post mortem clarum Ecclesia in  
 die obitus colit.

Sæculum XI.  
 A.C. 1066.

#. 18.

#. 22.

§. XXV.

*S. Arialduſ Martyr.*

Eodem anno, exeunte Junio, Marty-  
 rium sustinuit S. Arialduſ, Ecclesiæ  
 Mediolanensis Diaconus, nobilissimo ge-  
 nere ortus, frater cujusdam Marchionis,  
 quæ Dignitas tunc temporis præcipua  
 erat, in loco inter Civitatem Mediola-  
 nensem & Comensem posito natus.  
 Is anno millesimo quinquagesimo sexto  
 Mediolanum venerat, ubi annis decem

vit. ap. Baro.  
 an. 1066.

F 5                      adver-

Sæculum XI. adversus Simoniacos & Clericos incon-  
 A.C. 1066. tinentes, præsertim Guidonem Archiepi-  
 scopum, strenue laboravit. Sub initium  
 Pontificatus Alexandri II. Romam profi-  
 ciscentem comitatus est Herlembaldus,  
 vir inter Proceres magna pietate, quem  
 zelus contra Simoniam & incontinen-  
 tiam Clericorum Arialdo similem facie-  
 bat. Huic nuper Jerosolyma reverso,  
 & sæculum penitus relinquere cogitanti  
 Arialdus majorem ipsi a Deo venturam  
 mercedem promisit, si dilato monaste-  
 rium ingrediendi consilio generosum pe-  
 ctus Christi hostibus secum objiceret.  
 Ipse probaturus an Arialdus sibi melio-  
 ra suaderet, Romam pergens, relicta via  
 recta ad omnes Servos Dei Eremicolas  
 aut Monachos illarum regionum diver-  
 tit, & quid sibi expediret, consuluit.  
 Cunctis Arialdi sententiam confirmanti-  
 bus, cum Romam ad Alexandrum Papam  
 & Cardinales pervenisset, ei districtè  
 præceptum; ut cum Arialdo Mediola-  
 num rediret, & inimicis Jesu Christi et-  
 iam profuso si opus esset, sanguine resi-  
 steret. Quin etiam Romani nomine S.  
 Petri Vexillum ei dederunt, quo arrepto,  
 quoties hæretici furiosius insanirent, eo-  
 rum vesaniam reprimeret. Quod ipse  
 constanter per decem & octo ferme an-  
 nos implevit. Præterea Herlembaldus  
 mira devotione pauperum pedes lavare  
 sole-

solebat, quos abstersos majoris humilitatis studio in pavimento prostratus super caput suum ponebat. De eo Arialduſ suspirans dicere auditus est: *Prò dolor! præter Herlembaldum & Nazarium Clericum vix quemquam reperio, qui mihi secundum perverſas prudentiæ bujus Sæculi regulas tacere non suadeat, quo liberius Simoniaci & adulteri opera Diaboli peragere possint.*

Decem igitur anni effluxerant, ex quo Arialduſ cum malis Clericis pium bellum gerebat, cum Guido Archiepiscopus Mediolanensis prodicione captum per suos ad inaccessas solitudines, trans lacum *Majorem* postas, trahi jussit. Hic ipse est Archiepiscopus, qui pœnitentiam simulaverat, cum olim Petrus Damiani anno millesimo quinquagesimo nono Legatus Apostolicus Mediolanum venisset. Sed jurisjurandi, quod ediderat, immemor in eadem vitia relapsus Arialduſ monitorem importunum impatientissime ferebat. Itaque Viro Sancto, ut diximus, capto, Archiepiscopi Neptis, altera Jezabel, timens, ne illi ipsi, qui Arialduſ comprehendebant, innocenti parcerent, & vitam servarent, duos Clericos, qui eum necarent, immisit. Illi, de nave egressi, eos, qui Virum Sanctum deduxerant, interrogant, ubi esset? ipsisque respondentibus, *mortuus est, reponunt: a Nepte Archiepiscopi jussus sumus*

Sæculum XI.  
A.C. 1066.

Sup. l. LX.  
S. 34.

Sæculum XI. *sumus eum intueri sive vivum, sive mor-*  
A.C. 1066. *uum.* Et aspicientes viderunt eum emi-  
 nus vinctum, & sedentem super saxum.

Illico evaginati gladiis irruunt, & unus unam, alter alteram auriculam impia manu tenentes interrogant: *Dic, furcifer, an Dominus noster vere est Archiepiscopus?* qui respondit: *Nec est, nec fuit unquam, quia opera Archiepiscopi nunquam peregit.* Tunc immites utramque amputant aurem. At ille levatis in cælum oculis ait: *Gratias tibi ago, Domine Jesu! quia hodie inter tuos Martyres me dignatus es connumerare.* Illi iterum interrogare, an Guido legitimus non esset Archiepiscopus: eique iterum respondenti, quod non esset, protinus nasum cum labio superiore resecat. Tum oculos ambos effodiunt, & dextram detruncant manum, dicentes, *hæc manus scribebat literas, quæ Romam mittebantur.* Rursusque aliqua membrorum parte, quam verecundia nominari prohibet, mulctant, addito sarcasmo: *Exinde castissimus eris, nam prædicator castitatis hactenus fuisti.* Sed necdum barbaræ crudelitatis finis fuit, quippe sub gutture linguam martyris extrahunt, dicentes: *Sileat tandem lingua, quæ Clericorum quietem turbavit.* Ita Sancti Viri anima inter sævientium manus carne soluta est, vigesima septima Junii anno millesimo sexa-

sexagesimo sexto. Corpus ejus sæpius detectum, ab impiis in profundiorē lacus voraginem immersum, tandem post decem menses ad ripam ejectum, adhuc integrum inventum est. Illud postea Herlembaldus armis vindicatum Mediolanum transtulit, ubi complura edita miracula Arialdi Sanctitatem testatam fecerunt.

Sæculum XI.  
A.C. 1067.

## §. XXVI.

*Legatio Mediolanensis.*

Immanēs turbas compositurus Alexander Papa anno sequente Mediolanum misit Legatos duos, Mainardum Cardinalem, Episcopum S. Rufinæ, Humberti Successorem, & Joannem Presbyterum Cardinalem, qui illo pervenientes Constitutiones ediderunt hujus ferme summæ: *Prohibemus secundum antiquos Canones, ne in tota Diœcesi Mediolanensi Abbatum aliquis monachum, pretio constituto, suscipiat. Nullus Canonicus nisi gratis suscipiatur. Nullum pretium detur aut merces in Ordinatione Clericorum, in consecratione Ecclesiarum, aut distributione Sacri Cbrismatis.*

Ap. Baro.  
an. 1067.  
to. 9 Cons.  
1119.

*Presbyter Diaconus aut Subdiaconus feminam ad fornicandum palam retinens, donec in culpa manserit, nec officio fungi audeat, nec ullum Ecclesiæ Beneficium accipiat. Qui vero feminam non retinet, sed*

Sæculum XI. *sed ex conditione humana fragilitatis ce-*  
A.C. 1067. *ciderit, suspendatur ab Officio, donec per pen-*  
*nitentiam satisfecerit. Præterea statua-*  
*mus, ut nemo Clericorum ex sola suspicio-*  
*ne damnetur, nec Officio careat nec Bene-*  
*ficio, nisi confessus fuerit, vel per idone-*  
*tes convictus. Atque ut omnis eosdem*  
*calumniandi occasio tollatur ob feminas*  
*ab ipsis desertas, præcipimus, ne cum di-*  
*missis mulieribus in eadem domo maneant,*  
*nec cum illis manducent, vel bibant, nec*  
*sine tribus vel duobus testibus, omni excep-*  
*ptione majoribus, colloquantur. Ipsi jura*  
*ta Ecclesias, si fieri potest, habitare co-*  
*gantur. Ideo autem pœnas Canonicas Cler-*  
*icis præscribimus, ut Ministris Altaris*  
*sua constet Dignitas, & caveamus, ne in*  
*posterum ad Laicorum judicia sæcularia*  
*trabantur, quod in perpetuum prohibe-*  
*mus.*

*Si quis Laicus hujusmodi Clericos in*  
*sua Ditione habet, quos certo sciverit pe-*  
*licem domi alere, aut semel bisve in fornic-*  
*ationis crimen lapsos, statim indicet Ar-*  
*chiepiscopo & Canonicis illius Ecclesie,*  
*quibus cura ista commissa fuerit. Si ip-*  
*sæo Sacris interdixerint, Laicus efficiat,*  
*ut obedire compellatur. Si Archiepiscop-*  
*us vel Canonici admonitionem neglexe-*  
*rint, ipse Laicus Clericum reum nec Offi-*  
*cium implere, nec Beneficio frui permit-*  
*tat. Sed de Beneficio Laicus non decer-*

nat,

nat, quod Ecclesiastica potestate reserve-  
 tur. Prohibemus etiam, ne ullus Laicus  
 cuiusque Clerico, etiam reo, in suis præ-  
 diis, si quæ habet, sive in Beneficio Sæcu-  
 lari (id est Feudo) sive in aliis Bonis,  
 præter Ecclesiasticum Beneficium, ut di-  
 ctum est, vim inferat. Nullus Laicus  
 quidquam exigat a Clerico, quem ad ali-  
 quem Ordinem promoveri curaverit.  
 Archiepiscopus semel bisve, si fieri possit,  
 ad omnes Parochias vadat, ut Confirma-  
 tionem conferat, Diæcesim suam, prout  
 Canones jubent, lustret. Nec quicumque  
 Laicus aut Clericus eum morari audeat,  
 sed omnes obediant, & in iis, quæ ad Re-  
 ligionem pertinent, obsequantur. Habeat  
 etiam potestatem in omnes Clericos suos,  
 tam intra quam extra civitatem senten-  
 tiam ferendi, & eos pænis Canonicis coer-  
 cendi.

Quod spectat ad Clericos aut Laicos,  
 qui contra Simoniacos aut Incontinentes  
 Clericos juramento se obstrinxerunt, quod  
 ad reprimendos hos abusus operam suam  
 bona fide velint adhibere, atque ex eo fine  
 domos quorundam incenderunt, prædas  
 egerunt, sanguinem humanum fuderunt,  
 vimque multis civibus intulerunt, distri-  
 cte prohibemus, ne impostero talia au-  
 deant. Sed satis ipsis sit, se ipsos a vitio,  
 quod in aliis oderunt, custodire, & reos  
 ad Archiepiscopum, hujus Ecclesiæ Cano-  
 nicos,

Sæculum XI.

A.C. 1067.

Sæculum XI. nicos, vel Episcopos Suffraganeos defer-  
A.C. 1067. re. Nemo ob illatum sibi damnum, aut  
 acceptas injurias actionem moveat, nulla  
 veteris odii remaneant vestigia. Pax  
 Jesu Christi in cordibus vestris regnet.  
 Quia vero non nullos jactura pecuniæ ma-  
 gis, quam penarum æternarum metus a ma-  
 lo retrahit, illos qui Constitutiones istas vi-  
 olaverint, ad multas pecuniarias damna-  
 mus; nempe Archiepiscopus centum libras  
 denariorum persolvat, & si contempse-  
 rit, ab officio sit suspensus. Si quis  
 ordine Capitaneorum sit, det libras vigin-  
 ti, Vasalli decem (erant minoris ordinis  
 Nobiles) Negotiatores quinque, & si  
 servata proportione alii. Omnia autem  
 ærarium Ecclesiæ Metropolitanæ confe-  
 rantur. Hoc Decretum prima die Au-  
 gusti anno millesimo sexagesimo septi-  
 mo, Alexandri II. Papæ sexto, Indictio-  
 ne quinta datum est, ex quo dispicitur,  
 quousque quorundam in Clericos Simo-  
 niacos & Concubinarios zelus, omnis  
 discretionis Regulis, exorbitaverit.

Occurrit ejusdem Papæ Decretum  
 Dist. 81. c. 16. ad Episcopos, & Regem Dalmatiæ da-  
 tum, in quo statuitur, ut Episcopo, Pres-  
 bytero aut Diacono, qui mulierem in do-  
 mum suam suscipit, aut prius susceptam  
 non expellit, Sacris interdicatur, donec  
 satisfecerit. Talis Chorum non fre-  
 quentet, & de Reditibus Ecclesiæ nul-  
 lam

lam habeat partem. Ex hoc Decreto Sæculum XI.  
discimus, Dalmatiam consuetudines & A.C.1067.  
Disciplinam Ecclesiæ Latinæ non Græcæ  
fuisse secutam.

## §. XXVII.

*Quæ in Schismate Florentino secuta  
sint.*

Florentiæ Petrus Episcopus, in Conci-  
lio Romano non condemnatus, acri- vit. S. Joan.  
ter persequebatur illos Ecclesiæ suæ Cle- Gual. c. 6. 3.  
ricos, qui a se tanquam Simoniaci rece-  
debant; quare Archipresbyter & com-  
plures alii, ex urbe migrare compulsi  
ad Monasterium Septimense fugerunt.  
Erat hoc monasterium Septimense Val-  
lumbrosæ Congregationis, ita dictum,  
quod septem milliaribus abesset a Flo-  
rentia. Joannes Gualbertus Abbas fra-  
terna charitate exceptos omnibus, qui-  
bus poterat, subsidiis fovit; sed partibus  
Episcopi favebat Godefridus Dux Tu-  
sciæ, qui monachis Clericisque sibi re-  
fractariis ultima minitabatur. Unde  
sævius eos habere Episcopo licebat.

Illis diebus Papa Florentiam veniens,  
vidit rogam extructum & præparatum  
ad suscipiendum ignem, quem ingredi  
Monachi cupiebant, ut probarent, Epi-  
scopum esse Simoniacum. At Papa istud  
examen tunc recipere noluit, & rebus  
infectis discessit. Tunc vero quadam die  
omnes Clerici, populusque Florentinus,

*Hist. Eccles. Tom. XV.* G con-

Sæculum XI. congregati multis questibus Petrum Epi-  
 A.C. 1067. scopum invadunt, quod multos ex Civi-

c. 64.

tate ejecisset, atque inter alios Clerico-  
 rum principem, videlicet Archipresbyte-  
 rum, cujus jam consilio & ope destituti  
 essent, & quod civium non pauci, cum  
 se ad Episcopi ædes contendere vidis-  
 sent, se licentius compellassent: *Ite He-  
 retici, ite ad Hæreticum vestrum. Pro-  
 pter vos urbis hujus excidium imminet.  
 Vos Jesu Christo & S. Petro expulsis Si-  
 monem Magum introduxistis, & adorastis.*  
 Vehementi perorationi Clerici preces  
 addiderunt, quibus obtestabantur Epi-  
 scopum, ut se ab ejusmodi populi expo-  
 bratione liberaret. *Et tandem, inque-  
 rant, si nullius culpæ tibi conscius es, &  
 jubes, judicium Dei experiri parati su-  
 mus, aut si mavis probationem admittere,  
 quam monachi & hic & Romæ subire vo-  
 lebant, protinus & instantissime eos roga-  
 bimus, ut faciant.*

Episcopus, utroque, quod offereba-  
 tur, consilio rejecto, contra a Præfecto  
 urbis mandata obtinuit, quibus illi in  
 carcerem detrudi jubebantur, quicum-  
 que Episcopum non venerarent, eique  
 non obedirent; si quis autem ex urbe  
 fugeret, ejus Bona ærario publico addi-  
 cerentur, & Clerici, qui in Ecclesiam S.  
 Petri confugerant, vel Episcopo suo re-  
 conciliarentur, vel ex urbe inauditi eji-  
 cerentur.

cerentur. Ut igitur hæc mandata executioni darentur, Sabato post diem cinerum sub noctem, verisimiliter anno 1067. cum Clerici Lectiones & Responsoria sequentis Dominicæ repeterent, ex asylo Basilicæ S. Petri abstrahuntur. Tunc vero fit concursio populi, maxime feminarum, quæ abjecto capitis velamine, sparsis ferociter capillis, pectora palmis tundentes, miserandum ejulabant. Quin & in luto platearum prosternebantur vociferantes: *Heu beu! Domine JESU! hinc expelleris, & tibi apud nos manere non permittitur! velles quidem apud nos versari, sed Simon Magus facessere te jubet. O Sancte Petre Apostole! quare non defendis viros sub tuum præsidium confugientes? an hodie Simoni Mago Victori succumbis? credebamus Simonem in inferno jacere ligatum, nunc vero liberum vinculis, & in urbe nostra grassantem non sine tuo probro videmus. Viri alter ad alterum dicebant: Vides, frater, luculentissime, quod nos JESUS Christus deserat, quia contempto ejus præcepto illi, qui Christum inde pellit, non obsistimus. Quid autem nobis aliud faciendum restat, nisi ut civitatem istam incendamus, Hæreticorum latibulum devastetur, nosque cum uxoribus & liberis nostris eamus & sequamur JESUM Christum, quocunque ierit. Sequamur, inquam, si Christiani sumus.*

Sæculum XI.  
A.C. 1067.

Zelus  
contra Si-  
monem  
Magum.

G 2

His

Sæculum XI.

A.C. 1067.

His lamentis commoti Clerici, qui partibus Petri Episcopi favebant, Ecclesiarum fores claudunt, campanas pulsare non audent, nec publice Officium aut Missam cantare. Sed conveniunt ad deliberandum, & re pensata ex suis quosdam mittunt ad Monachos Septimenses S. Salvatoris, qui rogarent, ut sibi veritatem patefacerent, & suo nomine eis promitterent, se cognitam veritatem intrepide amplexuros. Diem igitur præstituunt Feriam IV. sequentem, nempe in prima Quadragesimæ Hebdomada. Tum Feria II. & III. inter preces ad Deum consumptis, aliquis ex his Clericis ad Petrum Papiensem (ita Episcopum appellebant) se confert, & ait: *In Nomine Dei, si quod monachi de te affirmant, verum est, ingenue confitere. Noli Deum tentare, & Clericos populumque ulterius vexare. Si conscientia innocentem te pronunciat, veni nobiscum.* Petrus Episcopus respondit: *Non ibo, sed nec vos ibitis, si me amatis.* Reposuit Clericus: *Certe ibo, ut videam iudicium Dei, quo omnis conditionis homines accurrunt, & quod Deus declaraverit, amplectar. Unde te hodierna die vel plus quam hactenus colam vel spernam.*

Hujus autem Clerici reditu non expectato omnis populus Clericique ad Monasterium S. Salvatoris procurrun, non femi-

feminas via longa & lutosa absterret, non parvulos jejunium, quod tunc servabant, ab hoc itinere retardat, sed tria ferme hominum millia monasterii fores circumstant. Interrogant Monachi, cur venissent. Et pluribus respondentibus, se ideo adesse, ut a dubitatione sua liberarentur, & veritatem explorarent, Monachi: *Qua ratione veritatem explorare vultis?* Clerici: *Magno rogo accenso probetur, vera esse, quæ de Petro Papiensi affirmatis.* Monachi: *Quo fructu vestro id fiet, & quem bonorem Deo dabitur?* Responderunt omnes: *Simoniam vitium vobiscum abominabimur, & Deo gratias agemus immortales.*

## §. XXVIII.

*Probatio per ignem.*

Nec mora, eriguntur a populo duæ strues lignorum juxta se positæ. Longitudo utriusque erat pedum decem, latitudo quinque, & altitudo quatuor atque dimidii pedis. Inter utramque vero pyram semita unius brachii erat, siccis lignis strata. Inter hæc cantantur Psalmi & Litaniam, monachus, nomine Petrus, eligitur jussu Abbatis ignem intraturus, & ille prius celebraturus Missam ad Altare procedit, quæ magna devotione cantatur, Monachis Clericisque collacrymantibus. Ut autem ventum

G 3 est

Sæculum XI.  
A.C. 1067.

Sæculum XI. est ad *Agnus Dei*, quatuor monachi, unus  
A.C. 1067. imaginem Crucifixi, alter aquam bene-  
 dictam, tertius duodecim cereos bene-  
 dictos & accensos, quartus thuribulum  
 plenum, portantes ad succendendum li-  
 gnorum pyras procedunt. His igitur  
 conspectis, clamor omnium in cœlum at-  
 tollitur, & *Kyrie eleison* flebili ore can-  
 tatur. *Iesus Christus* invocatur, ut ve-  
 niret, causamque suam defenderet. In-  
 tercessio *S. Mariæ Virginis*, *S. Petri* &  
*S. Gregorii* petitur.

Tunc Presbyter perceptis salutaribus  
 Mysteriis & expleta Missa, Casulam  
 exiit, cetera Sacerdotis indumenta reti-  
 net. Portans Crucem Litanias cum Ab-  
 batibus & Monachis recitat, & sic ad  
 frues lignorum, jam ignitas, appropin-  
 quat, populo ad Deum exclamante, &  
 eventum ingenti affectu expectante.  
 Mox cunctis imperatur silentium, ut con-  
 ditiones, quibus hæc probatio fiebat, ex-  
 audiri possent. Eligitur Abbatum unus,  
 disertus & clamorosus, qui Orationem, in  
 qua conditio petitionis ad Deum conti-  
 nebatur, populo prælegit, quam cum  
 omnes laudassent, iterum alius Abbatum  
 silentium petiit, & elevans vocem ser-  
 mone ad omnes directo ait: *Viri Fra-*  
*tres & Sorores, pro salute animarum ve-*  
*strarum, teste Deo, hoc facimus, ut dein-*  
*ceps a Simoniaca Lepra, quæ fere jam to-*  
*tum*

tum sordidat mundum, caveatis. Scia-  
tis autem Simoniacum contagium usque  
adeo noxium esse, ut cetera crimina huic  
comparata vix ullius momenti esse videan-  
tur.

Sæculum XI.  
A. C. 1067.

Duo jam rogi maximam partem in  
flammivomos carbones conversi erant,  
& media semita ignitis prunis ita æstua-  
bat, ut usque talos euntis pedes (quod  
postea experientia patuit) infigi possent,  
cum Sacerdos & monachus Petrus, ju-  
bente Abbate, hanc orationem magna  
voce, flentibus largiter tribus hominum  
millibus fudit ad Dominum: *Domine  
Jesu Christe, tuam Clementiam exoro, ut  
si Petrus Papiensis Simoniace Florentinam  
invasit Sedem, in hoc tremendo judicio ad  
adjuvandum me festines, & me illæsum  
conserves, sicut quondam tres pueros in  
camino ignis ardentis incolumes præsti-  
tisti.* Omnibus, qui aderant, respon-  
dentibus, *Amen*, interrogatur populus,  
quamdiu vellet, ipsum in igne manere,  
qui dixit: *Sufficit, si pedetentim per me-  
dium flammarum transierit.*

Tunc igitur Petrus, dato acceptoque  
a fratribus pacis osculo, signo Crucis se  
muniens, & Crucem Christi ferens, in  
quam oculos fixerat, nudis pedibus, hi-  
lari vultu, lento gressu flammam intrat.  
Inter duos quidem rogos ambulans ali-  
quantisper spectatorum oculis ereptus  
est,

*Desid. Cas-  
sin. Dialog.  
lib. 3.*

Sæculum XI. A. C. 1067. est, sed brevi semitam emensus, sanus & incolumis emergit, nullo apparente ignis vestigio. Flammarum impetu commota aura capillos agitavit, Albam lineam, Stulam & Manipulum circumegit, sed nulla ejus corporis pars ne quidem pedum pili combusti sunt. Ipse postea narravit, quod ex igne egressurus notasset, Manipulum sibi de manu fuisse elapsum, & in medium flammarum regressus eum tulisset. De igne egressum, cum iterum vellet intrare, prohibuit populus pedes ejus deosculans. Beatum quisque se putabat, si minimam vestimentorum ejus partem tangere daretur, dum tandem a multitudine confluentium magnis viribus Clericorum expeditur. Laudes Deo omnes cantant, fluentibus præ gaudio lacrymis, Simon Petrus magnis encomiis sublimatur, Simon Magus ut stercus pedibus conculcatur.

Hæc ex Epistola Florentinorum, quas statim ad Alexandrum Papam dederant, rogantes ut civitatem suam a Simoniaca peste liberaret. Quibus cognitis Alexander Petrum Papiensem ab Episcopatu deposuit. Porro Petrus Episcopus Papali judicio se submisit, monachis reconciliatus est; quin & ipse in Monasterio Septimiensi Cucullum induit. Successorem in Sede Florentina habuit alterum Petrum,

*Ital. Sæc. 10.*  
3. p. 95.

Petrum, quem, ut a Simoniaco discernerent, Catholicum dixerunt.

Sæculum XI.  
A.C. 1068.

Petrus vero Monachus, patria Florentinus, ex genere Aldobrandinorum, cum monachum in Valle umbrosa induisset, jubente Joanne Gualberto boves & asinos ad pascua egit; unde abstractus Præpositi munus in Monasterio Passiniani obiit. Post ignis superati prodigium Comes Bulgarus Joannem Gualbertum rogavit, ut Petrum monasterio Ficedensi Abbatem præficeret, & obtinuit. Tandem Cardinali & Episcopo Albanensi creato nomen tamen Petri igniti a veteri miraculo hæsit.

§. XXIX.

*Hugo Candidus Legatus in Hispania.*

Hugo Candidus Presbyter Cardinalis Legatus Alexandri II. Papæ Concilio interfuit, jubente Sanctio Ramiro Rege Arragoniæ, in Monasterio Leirensi decima octava Aprilis, anno Regni ipsius sexto, scilicet anno reparatæ Salutis millesimo sexagesimo octavo, celebrato. In hoc Concilio actum est de confirmandis privilegiis hujus monasterii, quorum causa Sanctius Episcopus Pampelonenis & Abbas Leirensis Romam missus fuerat. In eodem Concilio, ut conjectura est, conati sunt Præsides abrogato ritu Gothico seu Mozarabico, Ritu

*Sandoval.  
Pamp. fol. 4.  
v. Cassart.  
tom. 9. Conc.  
pag. 1197.  
1181.*

G 5 Roma-

Sæculum XI. Romanum introducere. Quod tunc ef-  
 A.C. 1068. fectui dari non potuit. Præterea Hugo  
 Legatus, Synodo Gerundæ cum Episco-  
 pis, Abbatibus & Proceribus Catalauniæ  
 celebrata, Pontificis auctoritate Treu-  
 gam Sacram, Excommunicationis pœ-  
 nam Refractariis comminatus confirma-  
 vit.

In Navarra alius Sanctius, Filius Gar-  
 ciæ, & in Castellis Sanctius *Fernandez*  
 regnabant. Hi tres Reges Sanctii nomi-  
 ne erant patruelles, ex tribus filiis San-  
 ctii Magni, qui omnia Hispaniarum divi-  
 sa regna una potestate conjunxerat, ge-  
 niti. Ferdinandus vero Rex Castellarum,  
 & ipse cognomento Magnus, quod repor-  
 tatis de Mauris magnis victoriis Regni  
 fines protulerit, obiit anno millesimo  
 sexagesimo quinto, postquam annis vi-  
 ginti novem regnasset. Habemus Epi-  
 stolam Alexandri II. Papæ ad omnes  
 Galliæ Episcopos datam, in qua dicitur  
*Gratissimum nobis fuit recipere, quod Ju-  
 daeis inter vos habitantibus præsidio fue-  
 rit, ne ab illis occiderentur, qui contra  
 Saracenos in Hispaniam movebant. Nam  
 docente S. Gregorio accepimus, impiam  
 esse molitionem, gentem Judæorum velle  
 excindere, quibus Dei Misericordia pe-  
 percit, ut Patrum suorum scelus luentes  
 amissa patria & libertate, per totum or-  
 bem terrarum dispersi, viverent. Longe  
 diversa*

*Marc. Hisp.  
 Lib. IV. p.  
 457.*

*Append. n.  
 269. p. 1141.*

*Pelag. Ovet.  
 p. 74.*

*ep. 34.*

*v. Sup. lib.  
 XXXV. §.  
 21.*

*diversa est Judæorum conditio quam Sacerdotum, contra quos justum bellum geritur, cum Christianos persequantur, eosque e suis terris & urbibus ejiciant, Judæi autem ubique se servituti subjiciant.*

Sæculum XI.  
A. C. 1068.

## §. XXX.

*Concilia Augustæ & Tolosæ habita.*

Cardinalis Hugo Candidus ex Hispania in Aquitaniam profectus duo Concilia eodem anno millesimo sexagesimo octavo, alterum Augustæ Ausciorum, alterum Tolosæ celebravit. In Concilio Auscensi, cui Austindus Archiepiscopus cum omnibus Episcopis Suffraganeis suis, Abbatibus & totius Vasconix Proceribus interfuit, inter alia statutum, ut omnes Ecclesiæ Vasconix quartam Decimarum partem Ecclesiæ Cathedrali persolverent, Raimundo Abbate S. Orientii reclamante, quod diceret, Ecclesias ad hoc Monasterium pertinentes tali jugo nunquam fuisse submissas. Legatus consentiente toto Concilio confirmavit privilegium Exemptionis in honorem S. Orientii, illustrissimi olim Ausciorum Episcopi, & Civitatis Patroni, qui circa annum quadringentesimum quinquagesimum in vivis egit. Ejus vero memoriam Ecclesia prima die Maji celebrat. Ceterum idem privilegium compluribus aliis Ecclesiis concessum.

tom. 7. Conc.  
p. 1195.

Bell. to. 12.  
p. 60.  
Mart. Ro.  
1. Maji.

In

Sæculum XI.

A.C. 1068.

In Concilio Tolofano, quod Cardinalis Hugo eodem anno, jubente Papa, celebravit, de omnibus Ecclesiarum causis actum est, & sententia in diversos lata Simonia extirpata. Inter alia Lectorensis Ecclesia, contra fas in Monasterium conversa, Raimundo Episcopo suo reddita, & Clerici iterum, monachis migrantibus, successerunt. Huic Concilio interfuere Episcopi undecim, videlicet Guilielmus Auscensis Archiepiscopus, Successor Austini, qui Sanctis adscriptus vigesima quinta Septembris colitur, vulgo S. *Ostent* dictus. Aimo quoque aderat Archiepiscopus Bituricensis, Durannus Episcopus Tolofanus, Geraldus Cadurcensis, Godemarus Xantonensis, Gregorius Lascariensis, Petrus Adurensis, Guilielmus Convenensis, Raimundus Lectorensis, Bernardus Coseranensis, & Bernardus Aquensis. Complures etiam Abbates numerabantur, atque præter alios Hugo Cluniacensis, Ademarus S. Martialis Lemovici, Abbates Condomensis, S. Papuli, & S. Pontii.

§. XXXI.

*Henrici Regis mores.*

*Hist. Bell. Saxo. p. 102. & Chron. Magdeb. M. S. an. 1068.*

**R**ex Germaniæ Henricus, octodecim annos natus, tantilla ætate jam hominum pessimis adnumerari merebatur. Stupri consuetudini cum duabus tribusve pellicibus simul indulgebat, nec istud juve-

juvenis libidinem satiabat; sed quoties Sæculum XI.  
A.C.1068.  
suos de alicujus puellæ vel uxoris juvenis pulchritudine sermonem conferentes audiebat, si talis esset, quæ seduci se non pateretur, raptam, vi adhibita ad Regiam trahi jubebat. Quin noctu non nunquam exhibat, notas feminas quæsiturus, non sine periculo, ne insidiatorum gladiis caderet. Anno millesimo sexagesimo sexto Bertæ, Ottonis Marchionis cujusdam in Italia filiæ, vix annos quindecim natæ, matrimonio junctus fuerat; sed quia eam magis alieno ductu & ex Optimatum consilio quam suo arbitrio acceperat, nunquam ejus amore captus divortium semper meditabatur. Cujus prætextus ut suppeteret, fidissimum assentatorum suorum subornat, qui Reginam ad adulterium sollicitaret. Verum astutissima femina, consensum simulans, ipsum Regem tam male affecit, ut uno mense in lecto decumbens perfidiam luctu coactus fuerit. Ceterum Henricus Illustrium filias, quibus potitus fuerat, famulis suis, obscure natis, conjugio jungere solet.

Porro lascivia Regem ad cædes illorum virorum, quorum uxores deperibat, impulit. Crudelis etiam in arcinorum omnium conscius factus, illos ipsos, quorum opera ad scelera perpetranda utebatur, suspectos habebat, & ad

Sæculum XI. ad eos occidendos satis erat, si vel ver-  
 A.C. 1069. bo vel nutu Cæsaris flagitia sibi non pro-  
 bari prodidissent. Unde nemo, nisi adu-  
 latores, consilium suggerere, audebant.  
 Conceptam quippe iram tegere noverat,  
 sibi invisis, cum minime putabant, perni-  
 ciam inferebat, & ad repentinum mortis  
 nuncium nemo solertius Henrico tristi-  
 tiam & lacrymas quasi sponte cadentes  
 simulabat.

Episcopatus plus pecuniæ sibi offe-  
 rentibus, aut impudentius vitia ipsius  
 laudantibus dabat, & postquam ita Ec-  
 clesiam aliquam vendiderat, si novus  
 æmulus superveniebat, qui pretium au-  
 geret, aut peritius assentaretur, prior  
 sub prætextu Simonix deponi jussu, al-  
 terum ordinari curabat. Quare com-  
 plures urbes duos Episcopos, utrumque  
 Sacerdotio indignum, habebant. Talis  
 erat Henricus Rex, cujus indolem, qua  
 in nostra Historia sequentur, manifestius  
 detegent.

## §. XXXII.

*Henricus Rex Bertam dimittere co-  
 gitat.*

*Id.* 1069. Anno millesimo sexagesimo nono Hen-  
 ricus post Pentecosten, Comitibus  
 Wormatiæ celebratis, Sigefrido Archi-  
 episcopo Moguntino secreto collocutus  
 consilium aperit dimittendi Reginam  
 Conju-

Sæculum XI.  
A. C. 1069.

Conjugem suam, instantissime rogans, ut sibi in hoc negotio opem ferret, & promittens, si se ab muliere liberaret, se Archiepiscopo futurum devotissimum, & Thuringos, etiam illatis armis, si opus foret, ad persolvendas Archiepiscopo Decimas compulsurum. Id enim Sigefridum vehementer cupere non ignorabat. Cum ergo Archiepiscopus consensisset, data mutuo acceptaque fide, Rex declaravit coram toto Conventu, non posse se cum Berta Regina vivere, nec velle, quod diu factum abominaretur, amplius hominibus imponere. *Non equidem, aiebat, ullius criminis ream pronuncio, sed, nescio quo fascino aut Dei judicio, necdum eam actu conjugali attingere potui. Quare vos per Deum rogo, ut me ab iniqui matrimonii fato liberum præstetis, faciatisque potestatem ad alias nuptias transeundi. Ne vero probrosam nobili matronæ repudiationem credatis, jurejurando probare possum & volo, quod integram & virginem, sicut eam a suis accepi, reddam.*

Erubescenda præsentibus omnibus videbatur oratio, & Majestate Regia indigna. Nemo tamen negotium rejicere audebat, quod perfici Rex tantopere urgebat; ejusque causæ Archiepiscopus Moguntinus, quantum honeste poterat, utcunque favebat. Itaque omnibus consentien-

Sæculum XI. A.C. 1069. sentientibus Concilium Moguntia, prima Septimana post Festum S. Michaelis celebrandum indicit. Interim Regina Lauresheimium ablegatur. Non diu exinde Regem in Dedium Marchionem Saxoniam & Thuringos ei fœderibus junctos cum exercitu moventem, Archiepiscopus, opportunum tempus nactus, monuit, ut in causa Decimarum promissio suo staret. Thuringi vero nunciis ad Regem missis profitebantur, se nullius seditionem meditantis partibus accessuros, sed animum sibi esse antiquam suam libertatem in causa Decimarum defendere, quas si vi tollere Archiepiscopus moliretur, jus suum armis esse propugnaturus. Atque ut promiserant, Regis militem reveriti, ubicunque & quotiescunque poterant Archiepiscopi copias aggressi sunt. Regi vero satis fuit ex composito præcipere, ut Decimas darent, parum sollicitus, an Thuringi jussa exequerentur.

tom. 9. Conc.  
p. 1200.

Inter hæc Archiepiscopus Moguntinus Papæ scripsit epistolam, ejus verba hæc erant: *Henricus Rex noster ante paucos dies conjugem suam voluit dimittere, quam legitimis nuptiis sibi sociavit, & solenni ritu coronari jussit, nulla primo mentione de dissidii aliqua causa injecta. Qua re nos veluti monstro attoniti, ex consilio Optimatum, quotquot tunc aderant*

rant in Palatio, Regi in faciem vesti-  
 timus, & prædiximus, nisi certam aperi-  
 ret separationis causam, nos eum a sinu  
 & Communionem Ecclesiæ, accedente Sa-  
 cræ Sedis auctoritate, segregaturos. Tunc  
 ille ad nos; ea de causa se velle separari,  
 quia cum hac femina rem maritalem non  
 posset consummare. Quod cum & ipsa  
 fateretur, atque prorsus singularis sit hæc  
 quæstio in negotiis Ecclesiasticis, quin in-  
 ter Personas Regias inaudita, te super hac  
 re tanquam Divinum consulimus Oracu-  
 lum, & tuam Sanctitatem rogamus, ut  
 quid factum opus sit decernas. Fratres No-  
 stri, qui tunc intererant, Concilium in ur-  
 be nostra celebrandum indixerunt. Regi  
 quoque & Reginae denunciatum, ut ve-  
 niant, & iudicium subeant. Nihil tamen  
 sine tua auctoritate fieri decrevimus, &  
 rogamus Sanctitatem tuam, ut si id, quod  
 instat, ratum ducas, viros prudentes de  
 latere tuo mittas, qui examini & judi-  
 cio tantæ rei intersint.

## §. XXXIII.

*Concilium Moguntinum.*

Itaque Pontifex mittit Petrum Damiani  
 cum Legati potestate, qui Mogun-  
 tiam ante præstitutam diem venit. Ec-  
 ce vero inter eundem Rex comperit,  
 Legatum Sedis Apostolicæ Moguntia  
 adventum suum præstolari, qui disci-  
 dium

Lambert.

*Hist. Eccles. Tom. XV.*

H dium

Seculum XI. dium fieri prohibeat, & Episcopo Moguntino Apostolicæ animadversionis sententiam minitetur, quod se tam nefariæ separationis auctorem promississet. Conjiciendi locus est, Papam vel Legatum, aliunde edoctum fuisse, Archiepiscopi facta ab ejus epistola discrepare. Porro Rex consternatus, quod rem diu exoptatam quasi e manibus elabi passus fuisset, illico in Saxoniam redire volebat, & ægre amicorum consiliis superatus est, ne Principes Regni frustraretur, quos summa frequentia Moguntia sibi occurrere jussisset. Unde Francofordiam abiit, ibique omnes, qui Moguntia convenerant, adesse præcepit.

Petrus Damiani mandatis Romani Pontificis expositis, agebat, pessimam rem & a nomine Christiano, nedum a Regio, multum abhorrentem esse, quam Rex moliretur. Si minus humanis Legibus vel Canonum Sanctionibus terretur, parceret saltem famæ & existimationi propriae, ne scilicet tam fœdi exempli venenum, ab Rege sumpto initio, inficeret populum Christianum, & qui ultor esse deberet criminum, ipse auctor & signifer fieret ad flagitium. Postremo si non flecteretur consiliis, Papam necessario vim Ecclesiasticam adhibiturum, & nunquam fore, ut manibus suis conse-

consecraret Imperatorem, qui pestilenti exemplo Religionem prodidisset.

Sæculum XI.

A.C. 1069.

Tunc vero in Regem coorti omnes, qui aderant, Principes, aiebant, æqua censere Romanum Pontificem, & per Deum rogabant Henricum, ne crimen inferret gloriæ suæ, & Regiam Majestatem turpi facto foedaret. Præterea ne parentibus Regina, qui armis & amicis plurimum possent, causam defectionis daret. Hac ratione fractus potius quam inflexus Rex, *si id, inquit, fixum obstinatumque est vobis, imperabo egomet mibi, feramque ut potero onus, quod deponere non valeo.* Ita efferato magis per studium concordia odio, annuit quidem, ut in regni consortium Regina revocaretur: Ipse tamen, ut congressum ejus conspectumque vitaret, adhibitis sibi vix quadraginta militibus in Saxoniam concitus rediit. Regina cum cetera multitudine & Regni insignibus paulatim subsecuta est. Cumque Goslarium pervenisset, Henricus vix a Familiaribus compelli potuit, ut Conjugi obviam procederet. Venientem satis benigne suscepit, sed protinus refrigescente amore ad ingenium suum atque ad pristinum rigorem animi rediit. Et quia consilia scindendi conjugii sæpe jam tentata non processerant, statuit deinceps communicato cum ea solum regni no-

H 2

mine

Sæculum XI. mine sic eam habere, quasi non habe  
A.C. 1070. ret. (\*)

Anno sequente millesimo septuagesimo Sigefridus Archiepiscopus Moguntinus, Anno Archiepiscopus Coloniensis, (\*\*) & Hermannus Episcopus Bambergensis iter Romam susceperunt, ab Alexandro II. Papa venire iussi. Episcopus Bambergensis ad Sacram Sedem delatus fuerat, quod illam Sedem Simoniaci

(\*) Hic subjicitur in Actis Concilii Editi R. P. Harduini. Hæc Lambertus. *Constat, post hæc tandem Reginam conciliatam Regi, ex eodem suscepisse filium Henricum, qui ipsi successit in regno.* Pr. Gabr. Cossart, S. J. addit: *De Moguntino Episcopo Sigefrido rem aliter Lambertus narrat, quam ipse de se Sigefridus in epistola ad Alexandrum II.*

(\*\*) Anno reparatæ Salutis millesimo septingentesimo sexagesimo primo ineunte rebus humanis ereptus est Clemens Augustus Archiepiscopus Coloniensis & S. R. J. Elector, Maximiliani II. Electoris Baviaræ & Theresiæ Cuni-gundæ ex Polonia filius. De Ecclesia Coloniensi in Rudimentis Historicis Auctore clarissimo e Soc. Jos. editis legitur: *Gebhardi Truchses de Waldsburg, Archiepiscopi Coloniensis sane lamentabilis casus fuit; nam anno millesimo quingentesimo octogesimo tertio amplexus Sectam Lutheranam, matrimonio sibi junxit publico anno 1583. Agnetem Comitem a Mansfeld. \* Equidem qua-*

niace occupasset. Sed cum pretiosa mu-  
 nera Papæ obtulisset, usque adeo ipsius  
 animum mitigavit, ut non solum nullam  
 accusationis habuerit rationem, sed et-  
 iam Pallium aliosque honores Archiepi-  
 scopales concesserit. Archiepiscopum  
 Moguntinum se ab Archiepiscopali onere  
 & Dignitate abdicare volentem Papa  
 aliique viri præsentis ægre ad alia con-  
 silia converterunt. Omnes vero tres  
 Episcopi Germani severe increpiti, quod  
 Ordines Sacros venales haberent, quod  
 conscientiæ sibi non ducerent, cum Sa-  
 cros Ordines eminentibus communicare,  
 iisque manus imponere. Tandem jura-  
 mento se obligare compulsi, quod dein-

H 3 ceps

*quærebat Archiepiscopatum transmutare in pro-  
 fanum Principatum, sed a Pontifice mox Va-  
 ticano fulmine ictus, a Capitulo Cathedrali ab-  
 dicatur, substituto ejus in locum Ernesto Boja-  
 ricæ Duce. Is Guilielmi Fratris armis & opibus  
 suffultus Gebhardum in Hollandiam expulit.  
 Exinde non nisi ex Ducibus Baviariæ ad hujus  
 Archiepiscopatus apicem sunt evecti. Videlicet  
 Ernestus Alberti V. Ducis Baviariæ filius, defun-  
 ctus anno 1612. Ferdinandus Guilielmi Ducis  
 Baviariæ filius, defunctus 1650. Maximilianus  
 Henricus Alberti Ducis Baviariæ filius, defunctus  
 1688. Josephus Clemens Ferdinandi Mariæ  
 Electoris Baviariæ filius defunctus 1723. Augu-  
 stus Clemens Maximiliani II. filius, defunctus 1761.*

Sæculum XI.  
 A.C. 1070.

Sæculum XI. ceps hæc errata emendare vellent, in pace dimittuntur. Anno Coloniensis Privilegium Pontificis Abbatia Sigebergensis a se fundatæ concessum, & S. Cæsarii Martyris brachium Roma retulit.

A.C.1070.  
vit. S. Anno  
cap. 26. 34.  
ap. Sur. 4.  
Dec.

## §. XXXIV.

*Episcopi in Anglia.*

In Anglia Rex novus Guilielmus, ubi Regnum sibi confirmatum vidit, ad omnia restauranda tum in Spiritualibus, tum in temporalibus animum adjecit. Indolem Anglorum adhucdum semibarbaram lenivit, moribus Francorum multo politioribus introductis. Ignaviam, ignorantiam, licentiam effrenam expulit, industriam, artem militarem, amorem literarum revexit. Paucis ut complectar omnia, ipso regnante novam omnino faciem Anglia induit. Anno postquam Guilielmus regnum auspiciatus fuisset quarto, nempe millesimo sexagesimo nono, antiquas Leges Anglorum, eo modo, quo sub Sancto Eduardo Antecessore suo viguerant, confirmavit. Initium ab illis duxit, quæ ad Ecclesiam spectabant, & sermone Latino in Articulos viginti duos relatæ sunt. Earumdem etiam compendium lingua Romana, id est illius ætatis Francica, conscriptum. Primo pax stabilitur, seu via tuta omnibus, qui ad Ecclesias pergunt. Deinde agitur

Guil. Mal-  
mesb. lib. 3.  
p. 102.

tom. 9. Conc.

p. 1025.

agitur de modo crimen non satis demon-  
stratum diluendi, & tandem census de-  
narii S. Petro dari iubetur. Quandoqui-  
dem Alexander Papa, epistola ad Regem  
Guilielmum data, hunc censum perfolvi  
petierat, cujus pecuniæ pars ad conser-  
vanda facta tecta Basilicæ Romanæ, Scho-  
la Anglorum dictæ, impendebatur.

Guilielmus, subacta Anglia, illico do-  
na magnificentia Regia digna ad Eccle-  
sias Franciæ, Aquitaniæ, Burgundiæ, Ar-  
vernianæ, aliarumque provinciarum misit.  
Inprimis Alexandro Papæ magnam vim  
auri argentique ad præstandum S. Petri  
Denarium, pretiosissimas vestes, atque  
pro Vexillo, quod a Papa acceperat, ei-  
dem Vexillum Regis Heraldici, in quo acus  
Phrygia virum armatum textura aurea  
elegantè expresserat, deferri iussit. A  
Rege rogatus Alexander Papa tres Le-  
gatos, Ermenfridum Episcopum Sedunen-  
sem, Joannem & Petrum Ecclesiæ Roma-  
næ Presbyteros, in Angliam misit, qui  
Guilielmum in Festo Paschæ quarta Apri-  
lis anno millesimo septuagesimo, quo sta-  
biliores redderetur ejus auctoritas, secun-  
do coronarunt.

Legati iidem Concilio Wintoniæ,  
Rege iubente & præsentè celebrato, præ-  
fuerunt, in quo Stigandus Archiepisco-  
pus Cantuariensis ob triplicem causam  
depositus. Primo quod præter Eccle-  
siam

Sæculum XI.  
A C. 1070.

ep. 8.

Gest. Guil.  
p. 206.

vit. Lanfr.  
n. 12.

Roger.  
Oved p. 453.  
tom. 9. Conc.  
p. 1012.

Sæculum XI. A. C. 1070. Sup. l. LX. S. 27. fiam Archiepiscopalem etiam Wintoniensem sibi retinisset. Secundo quod Sedem Cantuariensem, vivo Roberto Archiepiscopo, invasisset, & ejus Pallio usus fuisset. Tertio quod ipse Pallium accepisset a Benedicto Antipapa, totius Ecclesiæ Romanæ consensu excommunicato, & Sacram Sedem Simoniace occupante. Præterea Stigandus multiplicis perjurii & homicidiorum reus habebatur. Non nulli etiam ex ipsius Suffraganeis, tanquam indigni, depositi, scilicet ob vitæ licentiam, & ignorantiam tantam, ut etiam quæ præcipua Episcopi officia essent, nescirent. Agelmarus quoque Stigandi frater, Episcopus Anglorum Orientalium & aliquot Abbates depositi. Quippe Rex, ubi licebat, præcipuas Dignitates Anglis, qui ipsi suspecti erant, ablatas Normannis dabat. Et hoc quidem Historicorum Anglorum judicium; si autem Normannos audiamus, nullum Præsulem Guilielmus nisi hanc poenam meritum deponi jussit.

Ecclesiæ Angliæ. In hoc Concilio, Episcopis aliis trepidantibus & pertimescentibus, ne privarentur sua Dignitate, Wulstanus Episcopus Vigorniensis Sacerdotali constantia petiit, Ecclesiæ suæ complures agros restitui, quos Aldredus Archiepiscopus sibi retinisset, a Sede Vigorniensis ad Eboracensem translatus, & qui Aldredo mor-

mortuo in potestatem Regis devenissent. *Sæculum XI.*  
 Quia vero Sedes Eboracensis tunc vaca- *A.C. 1070.*  
 bat, hujus causæ discussio ad aliud tem-  
 pus dilata est, quo electus Archiepisco-  
 pus Ecclesiæ suæ jura posset defendere.  
 Stigandum ab Archiepiscopatu Cantua- *Malmesb.*  
 riensi dejectum, quoad vixit, Rex in car- *Pontif. l. 1.*  
 cere Wintoniensi detinuit, ubi parcissi- *p. 205.*  
 me iis, quæ ipsi impensis Regis præbe-  
 bantur, vivebat. Cumque non nun-  
 quam amici monerent, ut se ipsum me-  
 lius haberet, jurejurando affirmabat, nec  
 obolum in sua esse potestate. Nihilo-  
 minus postquam e vita migravit, inventi  
 sunt thesauri immensi, in terram defossi,  
 quorum clavem e collo pendentem ge-  
 stabat.

Die autem Pentecostes Rex apud  
 Windleshoram Eboracensem Archiepi-  
 scopatum Thomæ Canonico Bajocensi,  
 & Valcelino Capellano suo Præfulatum  
 Wintoniensi Ecclesiæ dedit. Altera die  
 ejus jussu Legatus Ermenfridus, Joanne  
 & Petro Cardinalibus Romam reversis,  
 Synodum celebravit, in qua Algericus  
 Episcopus Saxonum meridionalium de-  
 positus, & custodiæ traditus. Complu-  
 res etiam Abbates depositi. Tum Rex  
 Capellanis suis Alfracto Orientalium An-  
 glorum Præfulatum, & Stigando Saxo-  
 num meridionalium Episcopatum dedit.

*Roger.*

H 5 Non

Sæculum XI. Non nullos etiam Monachos Normannos  
A.C. 1070. Abbatiis præfecit.

§. XXXV.

*Lanfrancus Archiepiscopus Cantuariensis.*

*vit. c. 5. n. 11.* At vero Ecclesiam Cantuariensem, Primatum in Anglia tenentem, Rex Lanfranco destinavit, cui prius Abbatiam S. Stephani Cadomi contulerat. Maurilio equidem Archiepiscopo Rotomagensi anno millesimo sexagesimo septimo fatis functo, Clerici populusque collecti Lanfrancum eligere statuerant; sed ipse omnibus viribus repugnans Dignitatem vitavit, causatus fatis oneris sibi esse Abbatiam suam, quam etiam, si honestus prætextus occurrisset, abdicasset. Itaque Rex ad Ecclesiam Archiepiscopalem Rotomagensem transire iussit Joannem, quem antea Ecclesiæ Abrincensi præfecerat, atque ut consensum Papæ ad hanc Translationem obtineret, Lanfrancum Abbatem Romam misit, qui inde Joanni Archiepiscopo Pallium retulit. Is Sedem Rotomagensem annis duodecim occupavit.

Cum igitur Regi Guilielmo fixum ratumque esset, accedente consilio Procerum, Lanfrancum in Sedem Cantuariensem evehere, Legatos Ermenfridum, Episcopum Sedunensem, & Hubertum  
 Sub-

Subdiaconum Cardinalem in Norman-  
 niam misit, qui, convocata Episcopo-  
 rum & Abbatum illius Provinciae Syno-  
 do, Lanfranco voluntatem Regis, suum-  
 que & ceterorum Præsulum consensum  
 significarunt. Quod Lanfranci ani-  
 mum tantopere afflixit turbavitque, ut  
 timerent, ne oblatam Dignitatem crude  
 respueret. Humeros sibi esse, ajebat,  
 tanto oneri impares, unde tali honore  
 indignum se profitebatur; præterea mit-  
 ti se ad Gentes barbaras, quarum inge-  
 nium & linguam ignoraret. Cum non  
 audiretur, quia tamen nunquam non se-  
 cundum prudentiæ regulas agere con-  
 sueverat, aliquod temporis spatium pe-  
 tiit, ad deliberandum. Sed omnibus  
 de voluntate Regis constabat, unde  
 omnes, ut Dignitatem reciperet, suade-  
 bant, urgébantque, atque inter alios ipse  
 Helluinus Abbas Beccensis, quem Lan-  
 francus semper parentis loco habuerat.  
 Non equidem sine maximo doloris sensu  
 Helluinus amicum carissimum amitte-  
 bat, & olim sibi ad condendum suum  
 monasterium utilissimum, verum Dei vo-  
 luntati & vocationi manifestæ obistere  
 non audebat.

Ergo Lanfrancus mœrens in Angliam  
 solvit, recusandi causas ipsi Regi sug-  
 gesturus, necdum enim eo adduci se pas-  
 sus fuerat, ut crederet, se ad recipien-  
 dam

Sæculum XI.  
 A.C. 1070.

Sæcūm XI. dam Dignitatem cogi posse. Rex ve-  
 A.C. 1070. nientem lætissimus & venerabundus ex-  
 cepit, tandemque expugnato ejus ani-  
 mo, Cantuariensis Ecclesiæ viris præci-  
 puis, plurimis Præfulibus & Regni Proce-  
 ribus convocatis, in Festo Beatæ Virgi-  
 nis assumptæ Lanfrancum Archiepisco-  
 453. *Mal-* *mesb. p. 205.* *vit. Lanfr.* *n. 22.* *Ecclesia* *Cantuari-* *sis.* *nis assumptæ Lanfrancum Archiepisco-*  
*pum Cantuariensem pronunciat. Con-*  
*secratus est igitur in Ecclesia sua Metro-*  
*politica, die Dominica, vigesima nona*  
*ejusdem mensis Augusti, in Festo Decol-*  
*lationis S. Joannis Baptistæ, anno mille-*  
*simo septuagesimo, a Suffraganeis suis,*  
*Guilielmo Episcopo Londinensi, Siwar-*  
*do Roffensi, Walchelino Wintoniensi,*  
*Remigio Dorcensi seu Lincoliensis, Her-*  
*fasto Helmeanensi seu Thesfordensi,*  
*Stigando Selesiensis seu Selengensi, Her-*  
*manno Schireburnensi, & Gifone Vel-*  
*lensi. Ceteri, qui non venerunt, cau-*  
*sam suæ absentia per Legatos & literas*  
*indicarunt.*

Ipsō anno Thomas Eboracensis Eccle-  
 siæ electus Antistes Cantuariam ex prisca  
 consuetudine ab Archiepiscopo illius Se-  
 dis consecrandus advenit; a quo cum  
 Lanfrancus scriptam de obedientia sibi  
 præstanda, addito jurejurando, professio-  
 nem, custodito Antecessorum more, ex-  
 posceret, respondit Thomas, nunquam  
 se id facturum, nisi prius per literas &  
 per testes demonstraretur, antiquum  
 hunc

hunc morem existere, idque salvis Eccle-  
siae suae privilegiis a se fieri posse. Ce-  
terum ignorantia magis quam spiritus  
elati pertinacia detrectabat facere quod  
petebatur. Novus enim in Anglia ho-  
mo & antiquae consuetudinis expertus, ver-  
bis adulatorum plus justo fidem adhibe-  
bat, praesertim Odonis Episcopi Bajo-  
censis, Regis fratris uterini, qui instar  
Regii Praesidis in Anglia agebat. Lan-  
francus tamen aliquot Episcopis praesen-  
tibus, qui Thomam consecraturi vene-  
rant, petitionis suae justitiam exhibuit;  
at ille, aspernatus omnia, non consecra-  
tus abscessit.

Hanc rem perceptam Rex instigante  
fratre graviter accepit, existimans Lan-  
francum injusta petere, & scientia lite-  
rarum magis quam ratione & veritate  
confidere. Paucorum vero dierum spa-  
tio evoluto Lanfrancus ad Curiam ve-  
nit, in Regis conspectum admitti postu-  
lavit, & reddita facti sui ratione ejus  
animum mitigavit, Anglis, qui aderant,  
Archiepiscopi Cantuariensis causae fa-  
ventibus, quippe ipsi patrias Leges non  
ignorantes justa ab eo peti testaban-  
tur. Itaque Regio Edicto, communique  
omnium Decreto statutum, ut nunc qui-  
dem Thomas ad Ecclesiam Cantuarien-  
sem totius Regni matrem veniret, pro-  
fessionem scriberet & Lanfranco porri-  
geret,

Saeculum XI.  
A.C. 1070.

Sæculum XI.  
A.C. 1071.

geret, in qua se ejus præceptis, ad Religionis Christianæ cultum pertinentibus, simpliciter obtemperaturum promitteret, sed Successores ejus non prius ad idem tenerentur, quam in Concilio evidenter fuisset ostensum, quod Archiepiscopi Eboracenses hujusmodi promisso se Archiepiscopis Cantuariensibus antiquo more obstrinxissent. His conditionibus Thomas consecratur. Post paucos exinde dies Lanfrancus ab universis Regni Anglici Episcopis, qui tempore Stigandi vel ab aliis Archiepiscopis, vel a Papa consecrati fuerant, professionem obedientiæ petiit & accepit.

§. XXXVI.

*Lanfrancus Romæ.*

*vit. c. 11.* Anno sequente millesimo septuagesimo primo ambo Archiepiscopi Romam profecti sunt, Pallium petituri. Accedens Lanfrancus perhonorifice exceptus est, eique Papa assurrexit, dicens: *Non ideo assurrexi, quia Archiepiscopus Cantuarie est, sed quia Becci ad pedes ejus cum aliis discipulis quondam auditor confedi.* In illa Schola Lanfrancus etiam quosdam Papæ consanguineos studiose docuerat. Unde eam ætate illa celeberrimam extitisse intelligimus. Lanfranco soli duo Pallia dedit Alexander Papa, unum quod de Altari, Romano more,

more, accepit, alterum quod ei in pignus  
 amoris sua manu porrexit. Id etiam  
 Hincmaro Remensi & Brunoni Colonien-  
 si concessum fuerat, nec ejus rei alia oc-  
 currunt exempla. Ceterum accusaba-  
 tur Thomas, quod Archiepiscopatum  
 Eboracensem a Guilielmo Rege accepit-  
 set, quasi in stipendium militare, pro  
 præstitis ei in bello obsequiis, cum An-  
 gliam armis subigeret. Remigius quo-  
 que Episcopus Lincolniensis, qui cum duo-  
 bus Archiepiscopis Romam venerat, Epi-  
 scopatu indignus visus fuerat, quod pa-  
 rente Presbytero esset genitus, atque  
 ambobus annulus & Baculus pastoralis  
 ademptus. Sed Papa Lanfranci preci-  
 bus dedit, ut ambos restitueret, eorum  
 causam ipsi committens, a quo annulum  
 & Baculum iterum receperunt. Nihilo-  
 minus Thomas ausus est præsentem Papa-  
 litem movere adversus Primatum Eccle-  
 siæ Cantuariensis, affirmans, Ecclesiam  
 Eboracensem Cantuariensi æqualem esse,  
 nec alteram alteri, secundum Beati Gre-  
 gorii Constitutionem, debere ullatenus  
 subiacere, nisi quod alterutrum Episco-  
 pum priorem & digniorem esse oportet,  
 quem priorem tempore ordinatum  
 fuisse constaret. Præterea Jurisdictionem  
 sibi competere ajebat in Ecclesias  
 & Episcopos Dorcestriensem sive Lin-  
 colniensem, Wigornensem & Licifeldensem

Sæculum XI.  
 A.C. 1071.

*Mabill. hic.*

*Malmesb.  
 Pontif. p.  
 206.*

Sæculum XI. denssem sive Cestrensem. Lanfrancus,   
 A.C. 1071. etsi hoc indigne ferret, modesta tamen   
 discretionem verba illius veritate penitus   
 carere respondit, atque Constitutionem   
 illam Gregorianam non ad Ecclesiam   
 Eboracensem, sed ad Londinensem spe-   
 ctare. His utrinque prolatis, decre-   
 vit Alexander Papa, oportere hanc cau-   
 sam in Anglia discuti, atque illic totius   
 Regni Episcoporum & Abbatum testi-   
 monio iudicioque definiri. Lanfrancus   
 vero, quamvis quoad ipse viveret ex   
 obedientiæ jurata promissione Thomam   
 devinctum sibi haberet, maluit tamen   
 pro Successoribus laborare, quam litem   
 suspensam ad eos transmittere.

Lanfranco abituro Papa epistolam ad   
 Alex. ep. 10. Regem Guilielmum deferendam tradi-   
 dit, in qua laudato Regis fervore, quo   
 in Religionem ferebatur, hortabatur, ut   
 Lanfranci consiliis ad exequendum desti-   
 nata uteretur. Addebat, ægerrime qui-   
 dem se tantum virum a se & ex urbe Ro-   
 ma dimisisse, id vero solatii sibi superesse,   
 quod Regno ipsius plurimum prodesse   
 posset. Dicit etiam, se Lanfranco to-   
 tam Sacræ Sedis auctoritatem ad omnes   
 causas discutiendas & decidendas com-   
 misisse, id est, ipsum Legatum suum in   
 Regno Angliæ constituisse.

## §. XXXVII.

*Monasteria in Sardinia.*Sæculum XI.  
A.C. 1071.

Eodem anno millesimo septuagesimo primo Alexander II. Papa novam Ecclesiam monasterii Cassinensis dedicavit. Nam ex quo Desiderius Cardinalis ad clavum hujus Monasterii sedit, nihil antiquius habuit, quam illud a fundamentis instaurare. Conciliata sibi Richardi, Principis Capuæ, & Roberti Guiscardi Apuliæ & Calabriæ Ducis amicitia, multis opibus monasterium auxit, & primum suæ Ecclesiæ plurimas & pretiosas vestes Sacerdotales contulit. Ipso Cassinensem familiam regente Rex Sardinia, nomine Barefon, missis ad monasterium illud nunciis, monachos expetiit, qui in suo Regno monasterium secundum Regulam, in illa Insula hucusque ignotam, conderent. Itaque Desiderius Abbas duodecim fratres de sua Congregatione virtutibus præ aliis conspicuos eligit, his Scripturæ Sacræ libros, Reliquias, Sacra vasa, vestimenta, & omnia ad sacram expeditionem necessaria tribuit, iisdem Abbatem præficit, & Gajetanæ navi impositos in Sardiniam vela facere jubet. Sed infaustis avibus; quippe cum ad parvam Insulam, Liliam a nautis dictam, appulsi ventum opportunum præstolantur, Pisani Sardis

*Sup. l. LX.**S. 29.**Chron. Cass.**III. c. 16. 17.**Et c. c. 20.**Hist. Eccles. Tom. XV.*

I

pri-

Sæculum XI. A.C. 1071. privatis rationibus infesti triremibus militariter instructis advecti irruunt in homines propemodum inermes, res omnes diripiunt, & nullo discrimine omnes pessime afficiunt, jam jam Rectorem totius societatis suspendio interempturi, nisi ille arrepto monachi habitu insidiantes fefellisset. Ipsi navigio Gajetano injectis ignibus consumpto, prædas læti partuntur. Duodecim monachi Cassinenses omnibus excepto vestimento, quo cooperiebantur, spoliati sparguntur in diversa. Quatuor ex eis mors abstulit, ceteri octo intra annum ad montem Cassinum reversi sunt.

c. 24.

At Rex Barefon insignem contumeliam in Pisanos strenue ultus, missis ad montem Cassinum aliis nunciis significare eos iussit, se desiderio habendi in suo regno monachos eo vehementius teneri, nec se malo, quod prævidere nemo potuisset, absterreri paterentur. Post lapsum duorum ferme annorum missi sunt duo Monachi, quibus ille cum gaudio exceptis unam Ecclesiam S. Mariæ, & alteram S. Eliæ unacum monte, in quo posita erat, multosque agros contulit. Alius Rex Sardinia, nomine Torchytor, prioris religionem æmulatus, ad Monasterium Cassinense Decretum Donationis misit, quo Ecclesias sex cum ditionibus suis ad fundandum novum monasterium

rium concedebat. Alexander vero Pa-  
 pa Legato Pifas miffo, comitante uno  
 monacho Caffinenfi, addita anathema-  
 tis comminatione, præcepit, ut sine cun-  
 ctatione omnia monasterio ablata reftri-  
 tuerent. Paruerunt Pifani, & culpam  
 confefsi Abbati Defiderio reconciliati  
 funt. Porro Alexander Papa complures  
 exploratæ virtutis viros ex Monasterio  
 Caffinenfi evocatos tum miniftrros fibi  
 in regimine Ecclefie Romanæ adhibuit,  
 tum Ecclefiis aliis Cathedralibus, tum  
 Abbatii præfecit.

## §. XXXVIII.

*Dedicatio Monasterii Caffinenfis.*

Cum Defiderius Abbas rem monasterii  
 fui domesticam prosperam haberet,  
 cum magnis redivibus, & pace fruere-  
 tur, cumque fe a vicinis omnibus hono-  
 ratum cerneret, ad reparandam exornan-  
 damque Ecclefiam fuam anno 1066. ani-  
 mum adjecit. Igitur destructa veteri  
 Ecclefia, quod nimis parva videretur,  
 ampliorem & magnificentiorem a fun-  
 damenti erexit. Romæ fumptibus in-  
 gentibus columnas, bases, capitella, &  
 marmora varii coloris coempta, itinere  
 maritimo ufque ad turrim, qua Liris  
 amnis custoditur, advehi juffit. Erat  
 Ecclefie longitudo centum quinque cu-  
 bitorum, latitudo quadraginta trium, &

12 altitu-

Sæculum XI.  
A.C. 1071.

c. 26.

c. 28.

Sæculum XI. altitudo viginti octo (cubiti autem quatuor perticam \* unam adæquant) columnæ decem utrinque stabant. Ecclesiam ingressuris vestibulum septuaginta septem cubitos longum, & quinquaginta septem latum, columnis circumdatum, occurrebat. Præterea Desiderius

\* toise.

6. 29.

ad Ecclesiam suam intus ornandam viros operis Musivi ac cædendi poliendique marmora peritissimos Constantino- poli accersivit. Quandoquidem hæ artes in Italia abhinc annis plus quam quingentis perierant; ut vero tam istæ quam aliæ artes, quæ Architecturæ famulantur, deinceps in patria ætatem ferrent, Desiderii Abbatis cura complures servi Monasterii eas addiscere compulsi sunt.

6. 30.

Montis Cassini Ecclesia intra annos quinque perfecta, ejus Dedicacionem maxima qua posset pompa celebraturus Desiderius Abbas Alexandrum Papam rogavit, ut ipse hos Ritus peragere non dedignaretur. Præstituta die, Sabbato anno millesimo septuagesimo primo, die prima Octobris, adfuere Presbyteri ex tota pæne Italia, Summus Pontifex, Archiepiscopi decem, Episcopi quadraginta tres, Abbates, Monachi, Clerici, Laici innumeri, atque etiam Richardus Princeps Capuæ, Jordanus ejus filius & Rainulfus frater, Gisulfus Princeps Salerni cum fratribus suis, Landulfus Princeps

ceps Beneventanus, Sergius Dux Neapolis, & Sergius Dux Surrenti. At Du-  
 ci Roberto Guiscardo non vacabat, tunc Panormum obsidenti, qua civitate potestati Saracenorum erepta, Archiepiscopo Græco Ecclesiam S. Mariæ Cathedralē, quæ Mahometanis pro *Moschea* fuerat, reddidit. Hic Præsul antea in Ecclesia S. Cyriaci semper anxius & ab hostium impetu nunquam securus Officium Divinum celebrabat.

Papa Indulgentiam promiserat omnibus peccata sua confessis, Dedicationi interfuturis, aut ad novam Ecclesiam intra octavam venturis, quod Ecclesiam innumerabili populi multitudine tota octava diu noctuque implevit. Non solum vero in Monasterium & urbem, sed etiam in subjectos campos omnis conditionis & ætatis homines diffundebantur, quos Abbas pane, vino, carnibus, piscibus, per dies tres, qui Dedicationem præcesserunt, & tres alios, qui eam subsequuti sunt, liberaliter pavit. Tanta Solemnitas existimationem Monasterii & Desiderii Abbatis in immensum auxit, cunctique Principes atque etiam Agnes Imperatrix illud missis donis cumularunt. Unde brevi Monachi ferme ducenti ali potuerunt. (\*)

I 3

§. XXXIX.

(\*) Huc pertinet illa Reflexio, quam Fleurius

Sæculum XI.

A.C. 1071.

*Gaufr. de Malater.*

l. II. c. 45.

*Chron. Cass.*

c. 31.

c. 30.

Sæculum XI.  
A.C. 1071.

§. XXXIX.

*Carolus Episcopus Constantiensis  
nominatur.*

*Lambert.* In Germania Rumoldo Episcopo Con-  
stantiensi, exeunte anno millesimo  
1069. sexagesimo nono fati functo, Rex Hen-  
ricus subrogavit Carolum, Canonicum  
Magdeburgensem, initio Clericis Con-  
stantiensibus acceptissimum; sed cum,  
antequam consecraretur, impetu magis  
quam ratione suis imperare cœpisset,  
Clerici ab ejus Communionem discesse-  
runt, objicientes, quod Episcopatum da-  
ta pecunia obtinuisse, & majorem the-  
sauri Ecclesiastici partem clam abstulisse  
dice-

rius in sua Dissertatione §. XXII. attulit. Cete-  
rum hic primo occurrit exemplum Indulgentiæ  
generatim omnibus peccata sua confessis con-  
cessæ. Nec dubium est quin Confessio fuerit se-  
creta & auricularis, sed de more illius ætatis quæ-  
ri potest, an Sacerdotes Confessarii ob Indul-  
gentiam Papalem Confitentibus nullam injun-  
xerint pœnitentiam, vel an indicaverint saltem  
qualem pœnitentiam Confitentes suos implere  
oportuisset, nisi Papa indulgisset. An pœniten-  
tes de injuncta vel injungenda pœnitentia ni-  
hil vel saltem aliquam partem persolverint. Ho-  
die quamvis hujusmodi Indulgentiæ concessæ  
sint, Confessarii nihilominus Pœnitentiam con-  
gruam injungere, & Pœnitentes recipere so-  
lent.

diceretur. His querelis Romam dela-  
 tis, ubi tunc Sigefridus Archiepiscopus  
 Moguntinus versabatur, vetuit Papa vi-  
 va voce, ne Carolum Episcopum Con-  
 stantiensem prius consecraret, quam ob-  
 jecta crimina diluisset. Cumque Caro-  
 lus vehementer Summo Pontifici insta-  
 ret, ut consecraretur, & Clerici Con-  
 stantienses acriter repugnarent, Alexan-  
 der datis literis iterum Archiepiscopo  
 præcepit, ne Carolum ordinaret, sed Sy-  
 nodum convocaret, ad quam Archiepi-  
 scopum Coloniensem invitaret, ubi hæc  
 causa discuteretur & finiretur. Paruit  
 Archiepiscopus Moguntinus, qua re of-  
 fendit Regem, indignantem, quod quis-  
 piam Carolum, se potissimum auctore  
 electum, rejicere auderet. Missis sæpius  
 ad Archiepiscopum mandatis, eum or-  
 dinari præcipiebat, Synodum celebrari  
 prohibuit, jubens Episcopos se ad castra  
 proficiscentem sequi. Quin & Carolum  
 Romam mittere ab ipso Papa consecran-  
 dum statuerat. Unde Archiepiscopus  
 Moguntinus datis ad Papam literis ro-  
 gavit, ne Regis postulationi annueret,  
 alias enim fore, ut Rex crederet, se pra-  
 vis affectibus in transversum actum,  
 Carolo Ordinationem conferre noluisse.  
*Sed potius, inquit, si innocentem proba-  
 tum inveneris, ad me remitte secundum  
 Canones ordinandum.*

Sæculum XI.  
 A.C. 1071.

Sæculum XI. Ex eo fine Archiepiscopus decima  
A.C. 1071. quinta Augusti anno millesimo septua-  
 gesimo primo, Pontificatus sui duode-  
 cimo, Moguntia Concilium celebravit,  
 cui interfuere Archiepiscopi duo Geb-  
 hardus Juvaviensis seu Salisburgensis, &  
 Udo Trevirensis. Præterea alii Episco-  
 pi novem, scilicet Herbipolensis, Eich-  
 stettensis, Augustanus, Bambergensis,  
 Argentoratensis, Spirensis, Osnabrugens-  
 sis, Sedunensis, & Mutinensis. Univer-  
 sim Episcopi duodecim. Advenerant  
 quoque Legati Ecclesiæ Moguntinæ Suf-  
 fraganeorum absentium, qui causas, cur  
 abessent, exposuerunt. In prima die  
 Concilii celebrabatur Festum Dormitio-  
 nis S. Virginis, ut loquuntur Acta, qua ob  
 Solemnitatis reverentiam, priusquam  
 Officium Divinum inchoaretur, paucis  
 verbis Concilio prælusum est. Altera,  
 quilibet Episcopus gravamina, quibus in  
 sua Diocesi angebatur, exposuit, & non  
 nullæ causæ privatæ composiæ. Etiam  
 Patres causam Episcopi Constantiensis  
 ad examen vocare cœperunt, verumtam-  
 en in sequentem diem jubente Rege  
 dilata est hæc deliberatio. Quippe is  
 Moguntia morabatur, & missis identi-  
 dem nunciis Episcopis timorem incutere,  
 Judiciumque eludere conabatur. Unde  
 post primas duas Sessiones nihil actum,  
 nihil statutum.

Tertia

Tertia die Episcopi Regem adeunt, & serio monent, quantum ipsius interest, curare ut Canones observarentur; hanc unicam esse viam, qua salutem animæ suæ consequeretur, pacemque Ecclesiæ & Reipublicæ conservaret. Et tunc quidem moderatius exhortantes Episcopos auscultavit Henricus, quam a vehementissimi ingenii Rege & juvene viginti annorum, sperari potuerat. Affirmabat, se Carolo Episcopatum Constantiensem gratis dedisse, nec ullum sibi cum eo pactum intercessisse. *Si vero, inquit, quisquam meorum, ut ipsi obsequium præstaret, conditiones cum eo inuit, meum non est vel reum accusare, vel insontem defendere. Ipsius solius res agitur.* His dictis Rex cum Episcopis Concilium intravit. Accersuntur Carolus & Clerici Constantienses, eorumque præcipuus Libellum offert, causas, ob quas Consecrationi ejus se se opponerent, continentem, nempe Simoniam & Bonorum Ecclesiasticorum direptionem. Nomina quoque & conditionem testium, quibus singula accusationis capita probare volebant, tradunt.

Carolus plurima Actoribus suis exprobrabat, innocentem se asseverans. Carolo favebat Rex, & omnibus viribus tuebatur, aut saltem accusantium argumenta longis tricis infringere conabatur.

I 5 Quo-

Sæculum XI.  
A.C. 1071.

Causa Caroli  
in Concilio.

Sæculum XI. Quotiescunque accusatores vehementius instabant, auctoritate Regia loquentes compescebat. Tandem postquam de numero & conditione Actorum Testiumque, atque de Rei exceptionibus disputando dies nocti juncta est, re infecta discedendum fuit.

Postero die Carolus per noctis tenebras re serio pensata, anulum & Pedum in manus Regis (\*) tradens, *nolo, inquit, Episcopus esse hominum, qui me respiciunt, ut Decretis Cælestini Papæ obsequar.* Concilii Patres gratias agebant Deo, quod supra spem tam spinoso negotio expedirentur. Tum jusserunt, ut hujus Synodi Acta in Tabulis Ecclesiæ Mogunti.

(\*) Notabit attentus Lector, nimias fuisse Principum Sæcularium in Electione Episcoporum partes, non sine detrimento potestatis & auctoritatis Ecclesiasticæ. Unde non mirum, quod S. Gregorius VII. qui S. Alexandrum II. in Cathedra Petri secutus est, tanta constantia Investituras per anulum & Pedum oppugnaverit. Contra etiam attendendum, hunc morem fuisse universalem, eoque Reges etiam Sanctos usos fuisse, atque Episcopos tanta in Republica eminuisse potentia, ut Regibus necessarium fuerit, eos aliquo vinculo sibi habere obnoxios. Namque hodiedum Archiepiscopi tres cum cæteris Principibus Sæcularibus Imperatorem Romanorum eligunt.

guntinæ custodirentur, Summo Pontifici omnium ratio redderetur, ejusque peteretur confirmatio. Carolus ad Diœcesim Magdeburgensem, unde venerat, reversus post quatuor mensium spatium e vivis abiit.

Sæculum XI.  
A.C. 1071.

Lambert.

§. XL.

*Joannes Xiphilinus Patriarcha Constantinopolitanus.*

Inter hæc Alexander Papa Legatum Constantinopolim ad novum Imperatorem Michaellem Parapinacum misit. Nam Constantinus Ducas anno millesimo sexagesimo septimo mense Majo, postquam annis septem & dimidio regnasset, & inter homines paulo supra annos sexaginta stetit, e vita decesserat. Is literas tanti faciebat, ut diceret, magis se cupere Musarum amicitia & amore, quam Imperii fulgore celebrem fieri. Ex Eudocia uxore tres filios susceperat, Michaellem, Andronicum & Constantinum, cumque ex vi morbi auguraretur, mortem sibi imminere, decretum scribi jussit, cui omnes Optimates nomen apposuerunt, polliciti, se nullum, nisi ipsius filios, Imperatorem veneraturos. Eudocia vero Imperatrix promisit, se a secundis nuptiis temperaturam, quod jurandum Patriarchæ traditum. Erat vero tunc Patriarcha Constantinopolitanus

Europal. p.  
817.

Sæculum XI.  
A.C. 1071.  
nus Joannes Xiphilinus patria Trapezun-  
tinus, vir Doctrinæ in rebus gerendis  
dexteritatis, & virtutis opinione con-  
spicius. A puero monachum professus  
diu in monte Olympo vitam Anachore-  
ticam duxit, donec mortuo Constantino  
Lichude, anno millesimo sexagesimo sex-  
to in Sedem Patriarchalem dignissimus  
& invitus euectus est. Ceterum Xiphi-  
linus edito Historiæ Dionis Cassii com-  
pendio nomen suum nobilitavit.

Ergo Eudocia Imperatrix cum tribus  
filiis imperavit reliquo anni millesimi  
sexagesimi septimi spatio, quo Turcæ Se-  
liucides in Græcorum terras irrumpen-  
tes victores extiterunt, cum militibus  
Cæsareis nec stipendia darentur, nec an-  
nona suppeteret. Præerat copiis Tur-  
cicis quidam *Ohub Arselan*, qui in Meso-  
potamiam, & Armeniam, atque usque  
Cæsaream in Cappadocia progressus præ-  
das egit, & oppida incendit. Inter alia  
Infideles Ecclesiam S. Basilii profanarunt,  
abreptis omnibus ornamentis, sed ejus  
Reliquias attingere non potuerunt, quod  
tumulus ejus opere murario cingeretur,  
portas tamen parvulas, quia auro, marga-  
ritis & gemmis fulgebant, abstulerunt.

p. 819.

Itaque omnes facile intelligebant,  
viro opus esse, qui Imperii exercitus in  
officio contineret, & strenue in hostem  
duceret. Imperatrix Romanum elegit,  
Vestia-

Vestiario Regio Praefectum, eumque Sæculum XI.  
A.C. 1071.  
Constantinopolim advocatum eodem  
anno millesimo sexagesimo septimo in  
Festo Natalis Domini Magistrum Offi-  
ciorum & Archistrategum constituit.  
Eidem nubere cupiens, & Imperatorem  
proclamare, cum Senatam Patriarcham-  
que, qui scriptum promissum suum de  
non nubendo custodiebat, vereretur,  
muliebri astu usa est. Misit ad Patriar-  
cham ex spadonibus suis aliquem, arca-  
norum omnium conscium, qui secreto  
significaret, nihil Imperatrici obtingere  
posse optatius, quam Bardæ nuptiæ.  
Erat vero Bardas Patriarchæ Xiphilini  
frater, homo in omnem licentiam effu-  
sus & voluptatibus totus immerfus. Er-  
go Evnuchus ad Patriarcham: *In tua  
unius potestate est fratrem tuum ad so-  
lium Imperii Græcorum evehere, si jus-  
jurandum a femina contra consuetudinem  
patriæ & æquitatem extortum premas.*  
Cumque videret Patriarcham in casses  
ruere, suasit, ut in re tanta Senatorum  
consilia exquireret. Patriarcha singu-  
los ad se accersit, quantum æquitati re-  
pugnaret promissum, quo se Imperatrix  
obstringere coacta fuisset, ostendit, &  
quam Saluti Imperii necessarium esset,  
a viro forti regi. Cumque omnibus  
tum verbis, tum additis muneribus per-  
suasisset, animis satis præparatis Roma-  
nus

Sæculum XI. nus Diogenes, armatus, Regiam intrat,  
A.C. 1071. & Imperatrici nuptiali fœdere jungitur.  
 Mox etiam Imperator prima Januarii,  
 Indictione sexta, anno mundi 6576. JE-  
 su Christi 1068. proclamatur. Ex hoc  
 Patriarchæ Xiphilini facto Lector judi-  
 cet, quid de virtutis laude, qua eum  
 Historiæ Scriptor Joannes Scylitzes Cu-  
 ropalates exornat, sentiendum sit.

## §. LXI.

*Romanus Diogenes a Turcis captus.*

Romanus Diogenes primis duobus re-  
 gni sui annis secundas aliquot expe-  
 ditiones in Turcas fecit. Sed anno 6578,  
 Indictione octava, nempe anno Salutis  
 1070. mutata fortuna Turcæ felicibus  
 armis in Natoliam penetrarunt, capta-  
 que civitate Chonenſi, olim Colosso in  
 Phrygia, celeberrimam Ecclesiam S. Mi-  
 chaelis polluerunt, cædibus & humano  
 sanguine repleverunt, & deinde in equo-  
 rum suorum stabulum verterunt. An-  
 no sequente, millesimo septuagesimo pri-  
 mo Diogenes Græcis ex acie fugientibus  
 in potestatem Sultani *Olub. Arſe'an*, cu-  
 jus de pace Legatos superbe prius re-  
 spuerat, venit. Is Diogenem in conspe-  
 ctum adduci jussit & prostratum pro  
 more gentis calcavit, moxque erectum  
 amplexus humane habuit, & octo die-  
 bus apud se retinuit, mensæ etiam con-  
 vivam

*Curopal.*  
 p. 834.

p. 841.

vivam adhibens. Cum Sultano quadam die quærenti, *si vice versa ego in manus tuas incidissem, quomodo captivum habiturus fuisses?* Diogenes ferociter respondisset: *Inter verbera animam efflare coegissem, ille reposuit: ego vero animam a natura sortitus sum a sævitia tua alienum. Præterea Christus vester vobis pacem & injuriarum oblivionem tantopere præcepisse dicitur. Nec factum Barbari a dictis abhorruit; nam conscriptis pacis conditionibus honestis Diogenem dimisit.*

Sæculum XI.  
A.C. 1071.

p. 843.

Interim acceptæ cladis nuncio Constantinopolim perlato, Joannis Cæsaris, defuncti Constantini Ducæ fratris, & Senatorum ipsius partibus faventium auctoritate & artibus, Eudocia Imperatrice rafa, & in monasterium ab ipsa fundatum relegata, Michael Ducas ejus filius primogenitus solus Imperator salutatur. Mittuntur in omnes provincias literæ, ne quis amplius Romanum Diogenem Imperatorem veneraretur. Ipse ad Græcos reversus, non obstante, quod tres Archiepiscopi ad eum missi fidem dedissent, nihil eum molestiæ passurum, effossis crudeliter oculis, tumente vulneribus capite ac vermibus scatente post paucos dies, Deum laudans, atque raro patientiæ exemplo malam sortem tolerans, vitæ & calamitatis finem fecit.

Michael

Sæculum XI. Michael juvenis, cognomento Parapina-  
A.C. 1071. cus, annis sex & dimidio regnavit.

Ad Michaelem ergo Alexander Papa  
*vit. per Bru.* Legatum misit Petrum Episcopum Ana-  
*Ast. tom. 2.* gniensem virum virtute & doctrina ce-  
*p. 153.* leberrimum, qui uno anno Constantino-  
poli, scilicet toto reliquo, quo Alexan-  
der sedit, temporis spatio, moratus est.  
Natus erat Petrus Salerni ex Principum  
sanguine, eumque a puero vitam mona-  
sticam professum, Hildebrandus Cardi-  
nalis, cum Salerni Legatione fungere-  
tur, ab Abbate ipsius sibi expetitur Ro-  
mam deduxit, ubi jubente Alexandro  
Papa in causis Ecclesiasticis exercitatus,  
& deinde Episcopus Anagninensis, ut ut re-  
luctaretur, consecratus est. Hanc vero  
Ecclesiam rexit Petrus annos quadragin-  
*Mart. Rom.* ta tres obiitque tertia Augusti, qua die  
*3. Aug.* Ecclesia ejus memoriam colit.

## §. XLII.

*S. Petri Damiani extrema.*

*vit. c. 9. ap.* Henricus Archiepiscopus Ravennas, ab  
*Boll. 23.* Alexandro Papa excommunicatus, ni-  
*Febr. to. 5.* hilominus Ministerio Episcopali fungi non  
*p. 416. item* cessaverat, populusque pastori suo devo-  
*Sæc. 6. Be-* tus eadem excommunicationis censura  
*ned. n. 48.* innodatus fuerat. Quare S. Petrus Damia-  
*p. 264.* ni datus ad Papam literis rogaverat, ut si-  
*Lib. 1. ep. 14.* cut jam prius animo constituisset, hunc  
Præsulem ab excommunicatione absolve-  
ret,

ret, quippe Justitiæ legibus adversari, si ob  
unius hominis culpam tanta multitudo  
hominum Jesu Christi sanguine redem-  
ptorum perire sineretur. Obiit tamen  
Archiepiscopus prima die Januarii anno  
millesimo septuagesimo a censura non  
absolutus, & post breve tempus Alexan-  
der Papa Ravennam misit Petrum Da-  
miani, cum potestate populum absol-  
vendi & reconciliandi, neminem ad hoc  
opus gerendum ipso aptiorem existi-  
mans, quod magna auctoritate subnixus  
esset, ac per regenerationis gratiam  
ejusdem esset Ecclesiæ filius. Ipse, li-  
cet jam ætate confectus, alacriter hæc  
Legatione fungitur, & Ravennæ ingenti  
cum lætitia susceptus, cum humili-  
mente poenitentiam agerent, omnes a  
vinculo excommunicationis absolvit.

In reditu ad Urbem Petrus prima  
mansione Faventiam tenuit, & ad mona-  
sterium Beatæ Mariæ, quod *Forispor-  
tam* nuncupatur, divertit. Ibi febre  
corripitur. Qua in dies invalescente  
circa medium octavæ noctis silentium  
monachos lectulum circumstantes no-  
cturnum seu matutinum officium de S.  
Petri Cathedra, cujus celebritas incide-  
bat, totum peragere jussit, & offi-  
cio persoluto paulo post Spiritum Do-  
mino reddidit 22. Febr. anno millesi-  
mo septuagesimo secundo. Sepultus  
*Hist. Eccles. Tom. XV.* K est

Sæculum XI. est in eodem monasterio, quod exinde  
A. C. 1072. ad Cistercienses monachos transit, at-  
 que in Ecclesia Faventina honore Sanctis tribui solito honoratur.

Rigorem vitæ, quem S. Petrus aliis  
 suadebat, omnium primus servabat, nec  
 quidquam senio gravatus relaxavit.  
 Quotiescunque ad suum desertum re-  
 vertebatur, cellulæ suæ tanquam carce-  
 ri inclusus omnibus diebus, exceptis Fe-  
 stis, jejunabat, pane surfureo & aqua  
 a die præterita asservata victitabat. Cor-  
 pus undique compluribus vinculis fer-  
 reis constringebat, sæpe etiam flagellis  
 domabat. In Capitulo post orationem  
 ad Fratres habitam e sede sua surgebat,  
 culpas dicebat, & a duobus fratribus hinc  
 & illinc stantibus pro more illius tem-  
 poris flagellis cædebatur. Joannes Petri  
 Discipulus, qui ejus vitam scripsit, com-  
 memorat, quod eum aliquando notave-  
 rit quadraginta diebus nullo alimento,  
 quod ad ignem coctum fuisset, sed tan-  
 tum pomis & crudis oleribus, sine ullo  
 potu, refici. Ab aliis sibi relatum di-  
 cit, quod aliquando per dies quadragin-  
 ta nullum cibum nisi legumina paulisper  
 diluta sumpsisset. Quoties vero se de-  
 bilitari sentiebat, aliquid de consueto ri-  
 gore dimittebat, dum vires recepisset,  
 aliisque, ut id facerent, suadebat. Sub  
 initium duplicis Quadragesimæ scilicet  
 ante

ante Pascha & ante Natalem Domini Sæculum XI  
tres dies sine ullo cibo sustinebat. Dor- A.C. 1072  
miens mattam junceam premebat, sub  
officio Divino nullo scamno innitebatur.  
Laborare manibus non dedignabatur,  
nam cochlearia lignea a se ipso confecta  
amicis munuscula dabat. carm. 183.

184. 185.

§. XLIII.

*S. Petri Damiani scripta.*

Sancti Petri Damiani nobis supersunt  
Scripta quamplurima, videlicet, cen-  
tum quinquaginta octo Epistolæ in octo  
Libros divisæ, pro conditione virorum  
ad quos datæ sunt. Sexaginta quinque  
Sermones, quinque Sanctorum Vitæ, ni-  
mirum S. Odilonis Cluniacensis, S. Mau-  
ri Episcopi Cæsenatis, S. Romualdi, S.  
Rudolphi Eugubini, & S. Dominici Lo-  
ricati in eodem Sermone, Sanctæ Lucil- Baro. in  
læ & S. Floræ Virginum & Martyrum, de Mart. 29.  
quibus nihil satis constat. Habemus et- Jul.  
iam Petri Damiani sexaginta Opuscula,  
quæ inter ejus Scripta præcipuum locum  
merentur, tandem etiam aliquot Preca- Tillemon.  
tiones, aliquot Hymnos, & non nullato. IV. p. 14.  
carmina. In ejus Scriptis magnus zelus  
conservandi morum puritatem & Disci-  
plinæ Ecclesiasticæ rigorem, atque etiam  
vasta eruditio pro illius Sæculi conditio-  
ne dispicitur; sed argumentis vis con- v. Opusc. 32.  
grua deest, affert enim sapissime Textus 44. 60.

K 2

S.Scri-

Sæculum XI. S. Scripturæ allegorice explicatos, apparitionem mortuorum, aut Historias prodigiosas magis quam verisimiles. *Stilus* vero, licet longus & perplexus, tamen vehementer movet.

A.C. 1072.  
v. Opusc. 33.  
34. &c.

## §. XLIV.

*Ritus Ecclesiastici.*

Præter Opuscula, quorum antea memini, notatu præ ceteris digna videntur sequentia. Tractatus de Horis Canonice, in scriptus cuidam Optimato Laico, cui præscribit eas quotidie recitare, quod omnium Christianorum Officium id exigeret. Septem horas commemorat diurnas, Matutinum seu Laudes, est enim una & eadem Hora, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperas, & Completorium, & de nocte Vigilias seu Nocturnos, quibus populum non interesse dicit. Sive alia divisione Horas quatuor nocturnas numerat, nempe Vesperas, Completorium, Nocturnos, & Matutinos, ceteras vero quatuor diei tribuit. Notat diversitatem Officii Clericorum & Monachorum, qualem hodieque videmus, item Symbolum S. Athanasii ad primam nuper fuisse adjectum. Optimatem, cui scribit, hortatur, ut nunquam præcepto Horas recitandi desit, ne quidem iter faciens equo vectus, aut quocumque negotio occupatus.

c. 2.

c. 6.

c. 2. 4. 5.

c. 3.

cupetur. Unde satis colligimus, singulas Horas proprio tempore fuisse recitandas. Tum subjungit: *Si legere non didicisti, desiderio tuo sola Oratione Dominica satisfacere poteris.* Istud haud dubie ita accipiendum, quod hæc Oratio multoties repetenda fuerit. Item ad recitandas quotidie Horas Sanctæ Virginis hortatur.

Quosdam Anachoretas dubium subiecit, an solis Officium recitantibus pendenda esset Benedictio ad Lectiones, & an ante Orationem Dominicam dicendum: *Dominus vobiscum!* objiciebant enim: *ad quem hæc verba dirigemus? num ad lapides aut asseres nostræ cellulæ?* Alii nec apicem, de his, quæ Traditione Ecclesiastica accepissent, omittere audebant. S. Petrus Damiani de hac Quæstione Tractatum particularem scripsit directum ad quemdam Reclusum, nomine Leonem, quem in vita Spirituali Patris & Magistri loco habebat, & respondit, soli Officium recitanti omnia esse pronuncianda, non secus ac si Horas in Congregatione recitaret, *quia recitans Officium Canonicum, inquit, nomine totius Ecclesiæ quam repræsentat loquitur.* *Alias omnia illa, quæ numero plurali proferuntur, qualia sunt Invitatorium, Venite exultemus, atque etiam, Oremus, rescindenda erunt.* Et Ecclesiæ Doctores

Sæculum XI.  
A.C. 1072.

c. 7.

Horæ  
Canonicæ.

Opusc. II.

c. 5. 6. 7.

K 3

aliud

Sæculum XI. *aliud Officium privatis, aliud publice, re-*  
 A.C. 1072. *citantibus componere noluerunt.*

*Opusc. 39.* S. Petrus queritur, sermone ad Ar-  
 c. 2. chiepiscopum Vesuntinum directo, quod  
 Clerici ad officium Divinum quin etiam  
 ad Missam plerumque sederent. Affir-  
 mat, non solum Clericis, sed etiam Lai-  
 cis & mulieribus ad officium Divinum  
 standum esse, nec decere, si sedeant, nisi  
 ad Lectiones Nocturnorum, aut si forte  
 aliqua infirmitate stare prohibeantur.  
 Dicit, multos se vidisse etiam Laicos ad  
 Officium Divinum sine ullo sustentacu-  
 lo semper stantes.

*Opusc. 54.* In quodam Opusculo Eremiculis in-  
 scripto jejunium Sabbatinum stabilire  
*Sup. l. LIX.* conatur, quod ex Ecclesia Romana, in  
 qua semper viguerat, in totum Occiden-  
 tem propagari cœperat. In illo Tracta-  
 tu hæc verba habet cedro digna: *Sum-*  
*mopere nobis cavendum est, carissimi Fra-*  
*tres, ne rigor bujus vitæ sanctissimæ* (de  
 monasticis ipsorum institutis loquitur)  
*nostra ætate relaxetur, paulatim deficiat,*  
*& penitus aboleatur. Scimus, quod In-*  
*stitutum olim rigidissimi hodie vix aliqua*  
*superfint vestigia; sicut vero ea, quæ An-*  
*tecessores nostri omiserunt, nos non redu-*  
*cimus, ita, qui nobis successuri sunt, so-*  
*cordiæ nostræ damna non reparabunt, nos-*  
*que non nostræ modo desidiæ rei, sed etiam*  
*alienæ*

*aliena causa erimus. Dicent, se Patri-* Sæculum XI.  
*bus suis non esse meliores, atque vitæ in-* A.C. 1072.  
*stitutum, quale invenissent, arripuisse. (\*)*

*Tanta infamia ævum nostrum liberemus,*  
*ac virtutum exempla, a Patribus nostris*  
*accepta, integra fide ad filios nostros trans-*  
*mittamus. In alio Scripto ad suos Ana-*

*Opusc. 55.*

*choretas S. Petrus Damiani hortatur, ut*  
*in quibusdam Vigiliis jejunium, quod*  
*omittebatur, servarent. Talis erat Vi-*  
*gilia Natalis Domini, qua die non nulli,*  
*quamvis usque ad occasum abstinere,*  
*vinum bibebant, plures dapes ad ignem*  
*paratas & magna cura conditas comede-*  
*bant. Aliquorum etiam ex Clericis hæc*  
*culpa erat obtendentium, sic vires can-*  
*tandis Psalmis melius suffecturas. Præ-*  
*scribit jejunium in Vigilia Epiphaniæ, &*  
*Missam non ante Nonam celebrare,*  
*quamvis jam tunc consuetudo contraria*  
*invalesceret. De Sabbato Sancto agens*  
*dicit, hac die jejunium majore rigore*  
*quam aliis Sabbatis fuisse servatum, sed*  
*in quibusdam locis non nihil relaxari,*  
*infirmorum causa, aut illorum, qui a re-*  
*motiore regione ad accipiendum Baptis-*  
*mus venissent. Subjungit, in Sabbato*  
*Sancto non licere de die Missam canta-*

K 4 re,

(\*) Provide, sapienter, solide & quod ex-  
 perientia quotidie ostendit, hic S. Petrus Damiani docet.

Sæculum XI. re, sed præceptum esse, ut nocte per-  
A.C. 1072. agatur, sicque Baptismus universalis in-  
 ter Jesu Christi mortem & Resurrectio-  
 nem celebretur. Hortatur ad servan-  
 dum jejunium Majorum Minorumque  
 Litaniarum, id est in Festo S. Marci & in  
 Rogationibus, non obstante tempore Pa-  
 schali, atque in omnibus Vigiliis Aposto-  
 lorum nullo discrimine aut exceptione.

Præceptum non celebrandi nuptias  
 in Quadragesima tunc temporis jam a  
 Dominica Septuagesimæ obligabat, at-  
 que præter Adventum, etiam ad tem-  
 pus jejunii ante Festum S. Joannis Bap-  
 tistæ, quod trium septimanarum erat, ex-  
 tendebatur. Non nulli vero dicebant,  
 illis temporibus matrimonium contrahi  
 posse, si modo conjunctio corporum us-  
 que ad tempus differretur, quo nullum  
 præceptum nuptias prohiberet. S. Pe-  
 trus Damiani in hunc errorem vehemen-  
 tius invehitur, affirmans, nulla esse ejus-  
 modi matrimonia, cum conjunctio car-  
 nalis non pertineret ad substantiam ma-  
 trimonii, quod præcipue in consensu  
 duorum publico & solemniter consisteret.  
 Notat etiam, quod Canones quadragin-  
 ta dierum pœnitentiam injunxerint con-  
 jugibus, qui in Quadragesima se non  
 continerent.

*Opust. 41.*

*l. 1.*

## §. XLV.

*Disciplina Monastica.*

Sæculum XI.

A. C. 1072.

Sanctus Petrus in alio Opusculo conque-  
 ritur, quod morum corruptio non so-  
 lum Laicos, sed etiam Monachos infe-  
 cisset. Nos, inquit, qui mundo valedi-  
 xisse nos jactamus, cur Bonis inbiamus,  
 quæ ex amore Dei reliquimus? cur modo  
 Divinis humanisque legibus reclamanti-  
 bus quaerimus, quæ possidere licebat, prius-  
 quam ea abjecimus? Sed objiciet ex mo-  
 nachis aliquis, proprietatis vitio inquina-  
 tus, pecuniam admodum modicam retineo  
 & solius necessitatis causa. De Bonis mo-  
 nasterii nihil percipio, & si pauca, quæ  
 habeo, dimisero, unde vivam? Petrus  
 Damiani respondet: Monasterium tibi  
 omnia necessaria non in pecunia, sed in  
 rerum natura præbere debet, exempli gra-  
 tia vestem, qua statim induaris. Cur non  
 eandem servas regulam, si aliqua aliunde  
 acquisieris? cur non ea ad subveniendum  
 necessitatibus tuis impendis, numeratæ pe-  
 cuniæ nihil omnino retinens?

Opusc. 12.

c. 2.

Post vitium proprietatis monachis  
 sollicitudinem rerum terrénarum & pro-  
 fectiones frequentes exprobrat. Sunt  
 aliqui, inquit, qui ideo e Sæculo exeunt,  
 ut tumultum fugiant, & in monasterio  
 quiete fruantur. Postquam vero ad mo-  
 nasterium pervenerunt, arguntur, & vin-

c. 9.

K 5

culis

Sæculum XI. *culis se detineri in carcere putant. Inde*  
 A.C. 1072. *scandalizantur Sæculares, & ab amplexu*

c. 10.

*vitæ monasticæ deterrentur. Quis enim,*  
*inquiunt, isto homine ferventior, cum mo-*  
*nasterium ingressus est? jamque quid Deo*  
*promiserit oblitus secularia cogitat, babi-*  
*tum Regularem gerens sæculo multo ma-*

c. 11.

*curæ teporem inducunt. Monachus iter*  
*faciens jejunare non potest, id enim comi-*  
*tas & illicita invitatio illorum apud quos*  
*diversatur non permittit. Quin sæpe so-*  
*brietatis limites transgreditur, ne agre-*  
*stis vel hypocrita videatur. Sermones*  
*cum comitantium animum a sensu Psalmo-*  
*rum, quos recitat, abstrahunt. Nocturno*  
*psallere nequit, quia solus non est, nec ge-*  
*musflectere, quia labore itineris fatigatus*  
*est, nec silentium servare, quia sæpe ad con-*  
*ferendum sermonem compellitur. Animo*  
*ad externa effuso nec lectioni, nec orationi*  
*satis attendere valet. Sæpe oculis talia ob-*  
*jiciuntur, quæ saltem mentis castitati no-*  
*cent. Multa intempestiva occurrunt, qua-*  
*bilem movent & voces illicitiunt, amaris*  
*deinde deflendas lacrymis. Si pios sermo-*  
*nes ad homines, quibuscum versatur, ba-*  
*beat, vana gloria pulsatur, si taceat, pro-*  
*ximo suo inutilis est. Cum vero ad cellu-*  
*lam suam redit, omnia visa auditaque tur-*  
*matim memoriæ se se ingerunt, præser-*  
*tim orantis, & quanto magis importunas*  
*species*

*species rejicere conatur, eo magis turba-*  
*tur. Tandem Monachus proficiscens vix*  
*confortium Peccatorum excommunicato-*  
*rum, aut, quod propemodum idem est, ex-*  
*communicatione dignorum, effugere pot-*  
*est. Nam Autor excommunicatos ha-*  
*bebat omnes illos, in quos excommuni-*  
*cationis sententia in Decretis antiquo-*  
*rum vel novorum Conciliorum lata fue-*  
*rat.*

*Monachus proficiscens non satis a vi-*  
*tio proprietatis sibi cavebit, habens præ-*  
*textum, quod multa ad iter faciendum*  
*sint necessaria. Vult etiam inter Sæcu-*  
*lares extra monasterium melioribus vesti-*  
*mentis splendere, non attendens, quod hoc*  
*ipso magis contemptu dignum Sæculari-*  
*bus se faciat. Alii contra non sine ja-*  
*ctantia induti veste penitus detrita & hor-*  
*rida procedunt in publicum, ut oculos po-*  
*puli in se rapiant, & veluti penitentia*  
*prodigia digito monstrentur. Qui sincere*  
*perfecti esse cupiunt, cuncta bona fide*  
*agunt, & si temporis adjuncta postulent,*  
*etiam vestimentis pretiosis utuntur.*

*Nihil autem desendum magis, quam*  
*quod aliqui Anachoreta non nisi Quadra-*  
*gesimæ tempore in cellulis suis maneant,*  
*& reliqua anni parte vagentur. Si cella*  
*assuescas, ea commoratio tibi reddetur sua-*  
*vissima; si vagari incipias, eadem erit ti-*  
*bi horribile tormentum. Vita Eremitica*  
*dulcis*

Sæculum XI.

A.C. 1072.

c. 13.

14.

Monachi  
proficiscen-  
tes.

c. 15.

c. 19.

c. 24.

c. 25.

Sæculum XI. *dulcis est, si sit continua, si excursionibus*  
 A.C. 1072. *interrumpatur, intolerabilis est cruciatus.*

*Monachi in cella latentis magna est aucto-  
 ritas, quæ vilescit, si frequenter exeat.*

c. 26. *Olim prædicatione Monachorum mundus  
 convertebatur, hodie eorum sermonibus*

t. 29. *nemo movetur. Frustra Pontifices &  
 Principes monemus. Episcopi offendun-  
 tur, si in Conciliis contra eorum vitia de-  
 clamemus, quod experientia didici. Ni-  
 hil ergo melius, nihil salubrius monachis*

*restat, quam in sua solitudine quiescere.*

c. 32. *Petrus Damiani quemdam Anacho-  
 retam reprehendit, qui paulo post con-  
 versionem suam e monasterio egressus,*

*antequam satis probaretur, cellam sibi  
 in magna urbe elegerat. Qui solitudi-*

*nem in urbibus quarunt, inquit, quasi*

Opusc. 55. *vero silvæ nobis deessent, suspicandi locum  
 præbent, se non tam vitæ Anachoretica*

c. 3. *perfectionem, quam laudes hominum qua-  
 rere. In urbe hominum turmis te admi-  
 rantium circumdavis. Quidquid dixeris,*

*tanquam editum oraculum rudes exci-  
 piunt, & tu propriam virtutem non ex  
 tua conscientia, sed ex opinione multitu-  
 dinis tibi adulantis aestimas. Vulgus pal-  
 lore vultus tui fallitur, & solum jejunii  
 nomen obstupescit. Nam in urbe a vino  
 abstinere res videtur prodigio similis, at  
 in eremo turpe est vinum bibere. Oleo  
 cibos condire in eremo deliciarum instar  
 babe-*

babetur, in urbe magna abstinence creditur, carnes non manducare. Si in eremo nudipes incedas, regulam servas omnibus communem, in urbe singularis rigor reputatur. Quod in urbe omnes mirantur, quia rarum, in eremo Anachoretis quotidianum est.

Sæculum XI.  
A.C. 1072.

In quodam Opusculo Petrus Damiani opinionem oppugnat alicujus Episcopi, sentientis, illis, qui habitum monasticum morbo ad extrema pæne deducti suscepissent, si convalescerent, licere eum iterum dimittere, & ad Sæculum redire. Complura hujus rei exempla a fine Sæculi VII. retuli, quæ spectabant ad modum in articulo mortis poenitentiam publicam profitendi, & se se sine præcedente probatione Instituto Monastico addicendi. Quippe in principiis collatio vestis monasticæ & Professio Religiosa secundum Regulam S. Benedicti non separabantur, & semper post annum Probationis profitebantur. Episcopus itaque, quem Petrus Damiani aggreditur, Regula nitebatur, & affirmabat, illos, qui habitum monasticum nullo prævio Novitiatu induissent, monastica professione non adstringi.

Opusc. 16.

Sup. l. XL.  
S. 3. 29.  
Mabil. præf.  
Sæc. I. Act.  
n. 105.

Id. præf. 2.  
Sæc. 4. n.  
191.

Hinc Papa a Petro Damiani per literas monitus, Gislerum Episcopum Auximatensem data epistola jussit, hunc errorem reprimere, eosque qui istam opinionem

Opusc. 16.  
c. 1. 8.

Sæculum XI. nem pertinaciter defenderent, anathe-  
 mate percutere. Huic ergo Episcopo

A.C. 1072.

c. 9.

Petrus Damiani Tractatum suum ad re-  
 futandam memoratam opinionem con-  
 cinnatum inscripsit, in quo contendit,  
 annum Probationis ideo solum fuisse præ-  
 scriptum, ut interea vel levitas vel dis-  
 simulatio ad Monasterium admitti volen-  
 tium caute exploraretur, non tamen esse  
 conditionem necessariam, & posse Supe-  
 riorem dispensare, si ipsi aliunde constet,  
 suscipi postulantem constantem esse,  
 ejusque sinceram conversionem. Tan-  
 dem professionem monasticam esse opus  
 irrevocabile, quocunque demum modo  
 factam, si tantum plena voluntas in pro-  
 fitente adfuisset. Affert exemplum Ba-  
 ptismi, qui semper valet, sive statim, sive

S. Petrus  
 Damiani.

c. 8.

*Alex. ep. 26.* post longam probationem conferatur, &  
 Infantum monasterio a parentibus suis  
 juxta Regulam S. Benedicti oblatorum.  
 Attamen Alexandri II. Papæ Epistolam  
 habemus, in qua declarat, Presbyterum  
 ægotantem, qui nudis verbis se mona-  
 chum futurum promiserat, sed nulli mo-  
 nasterio vel Abbati se addixerat, Benefi-  
 cium suum non amisisse, quia, inquit Pa-  
 pa, S. Benedictus & S. Gregorius probi-  
 buerunt, ne quis ante elapsam Probationis  
 annum Monachus fiat.

Rursus in alio Opusculo Petrus Da-  
 miani conqueritur de ignorantia Presby-  
 tero-

tero-

terorum, usque adeo rudium, ut non nullos reperire esset, qui vix duas Syllabas continuas legere possent. *Quomodo*, inquit, *bujusmodi Presbyteri possunt pro populo orare? quomodo juxta dictum Apostoli Deo offerent rationabile Obsequium, si non intelligunt, quæ pronunciant? sic populus esca spirituali destitutus, in omnia vitia ruit. Sicut populus, ita etiam Presbyteri. Actiones in foro movent, rixantur ut alii, tum pleni affectibus perverfis vadunt ad Sanctum Sacrificium offerendum. Socordia eorum in tractando Officio Sacri Altaris maxima est. Calices habent stanneos, aut ex alio metallo vili, sordidatos, & rubiginosos. Corpus Domini Nostri linteo immundo involvunt, mappæ attritæ sunt & lacera, ceteri ornatus & libri nibilo sunt meliores. Unde levis ingenii homines rident, prudentes ingemiscunt. Ceterum Auctor tot malorum causam & culpam in Episcoporum ignaviam rejicit. Hæc mihi ex Scriptis Sancti Petri Damiani excerpenda videbantur. (\*)*

## §. XLVI.

(\*) S. Petrum Damiani Alexander Papa ad Galliarum Archiepiscopos scribens hoc celebrat Elogio: *Talem vobis virum destinare curavimus, quo post nos major in Romana Ecclesia non habetur, Petrum Damianum Ostiensem*

Sæculum XI.

A. C. 1072.

Opusc. 26.

Rom. 12.

c. I.

Sæculum XI.

§. XLVI.

A.C. 1072.Adalberti Archiepiscopi Bremensis  
obitus.

*Lamb. an.* **I**nter hæc Adalbertus Archiepiscopus  
1072. Bremensis in Aula Henrici Regis pri-  
mum gradum denuo invaserat, & supe-  
ratis æmulis, qui eum ante annos aliquot  
*Sup. S. 23.* deturbaverant, singulari solertia usque  
adeo juvenis animum sibi devinxit, ut  
solus amaretur, & propemodum cum  
ipso regnaret. Cum vero morbis & fe-  
nio se confectum sentiret, nihilque in-  
tentatum reliquisset, quo mortem arce-  
ret, exhausta medicorum arte, obiit tan-  
dem

*sem Episcopum, qui nimirum & noster est ocu-  
tus, & Apostolica Sedis immobile firmamentum.*  
Nat. Alex. m. p. 216. In Guilielmi Cave homi-  
nis Protestantis Angli vero Sæc. Hildebr. de  
S. Petro Damiani & Legatione ejus Medio-  
lanensi hæc leguntur: Quo in urbem ad-  
veniente tumultuabantur Clerici Mediolanen-  
ses . . . . impiam & intolerandam esse cœlibe-  
tus legem; ante omnia vero indignum esse Am-  
brosonianam Ecclesiam Romanæ subjacere; nullam  
judicandi vel disponendi vim Romano Ponti-  
fici in illam Sedem competere . . . nec post eoa-  
vam Ecclesiæ libertatem subeundum esse jugum  
Papale &c. tantas nihilominus turbarum pro-  
cellas mira dexteritate compefcuit Petrus, & . . .  
Romæ triumphum intulit. Hæc Caveus. Sed  
filet

dem circa medium Quadragesimæ die Sæculum XI.  
 Veneris decima sexta Martii anno mil- A.C. 1072.  
 lesimo septuagesimo secundo, vir sum-  
 mis a natura dotibus ornatus, propagan- Adam. l. IV.  
 dæ Religionis studiosissimus, in omnes c. 33. 36.  
 munificentissimus, in Sacramentum Ev- p. 59.  
 charistiæ tam tenere affectus, ut Sacris  
 operans lacrymas copiose funderet.  
 Præterea illæsam Virginitatem semper  
 servasse credebatur. At virtutes ejus  
 obscurarunt ambitio, & dominandi libi-  
 do, quam specie curandi salutem Eccle-  
 siæ & Reipublicæ tegebat, nimius in sibi  
 subditos rigor, & gloriolæ amor; un-  
 de faciles assentatoribus aures dabat.  
 Hæc quippe vitia, præsertim cum incli-  
 nata fuit ætate, vitæ ejus finem dehone-  
 starunt. Mundo denatus est Goslariæ,  
 ubi tunc Curia morabatur, ejusque cor-  
 pus

filet, Ecclesiam Mediolanensem a Romana sup-  
 pliciter petiisse, ut sibi subveniret. Silet, quod  
 mira S. Petri dexteritas invictis argumentis fue-  
 rit sustentata; Christum Dominum aliquando  
 soli S. Petro & Successoribus ejus potestatem li-  
 gandi & solvendi tradidisse, limites aliarum Ec-  
 clesiarum ab Imperatoribus & Regibus fuisse  
 positos, sed Ecclesiam Romanam a Jesu Christo \* Fleur. l. IX.  
 esse fundatam, cum S. Petro claves vitæ æternæ §. 34.  
 in cælo & in terra dedit. \* Ita Protestantes,  
 quæ in speciem ipsorum erroribus favent, scri-  
 bunt, & veritatem premunt silentio.

*Hist. Eccles. Tom. XV.*

L

Sæculum XI. pus ad Ecclesiam suam Bremensem dela-  
A.C. 1072. tum.

*Sup. l. LX.* Semper ei Missionis suæ Apostolicæ  
§. 57. ad populos Septentrionales, ut supra me-  
*Adam. l. IV.* minimus, magna cura fuit, cumque Epi-  
c. 42. scopos sufficienti numero adesse credi-  
disset, primum in Dania Concilium ce-  
lebrare statuit; favebat enim occasio, &  
abusus complures ex novellis Ecclesiis  
tollendi erant. Episcopi accepto pretio  
Ordinationem vendebant, populi deci-  
mas dare renuebant, ingluviem secta-  
bantur ventri servientes, & veneri in-  
dulgebant. Ergo Concilium Sleswici  
celebrandum auctoritate Papæ, cujus  
Legatus erat, & Regis Daniæ auxilio  
munitus convocavit, sed adventus Epi-  
scoporum ultramarinorum diu expectan-  
dus fuit. Hac de re Epistola Alexan-  
dri II. Papæ ad omnes Episcopos Daniæ  
data extat.

*ep. 7.* Adalbertus in Regno Daniæ Episco-  
*Adam. c. 44.* pos novem, scilicet Sleswici, Rypæ, Ar-  
husii, Wiburgi, Vendilæ vulgo *Venzu-  
zel*, Farii, in Finnia, in Seelandia, & in  
Scania ordinavit. Item in Suecia Epi-  
scopos sex, & in Norvegia duos conse-  
cravit, quorum octo referuntur quidem  
nomina, sed non Sedes; unde conji-  
ciendum, fixas Diœceses necdum ha-  
buisse. Universim vero Episcopos vi-  
ginti creavit, ex quibus tres Ecclesiæ in-  
utiles

utiles fuere, privatis tantum commodis  
 intenti. Ubi cunq; Archiepiscopus  
 versabatur, eum Episcopi aliquot non  
 nunquam septem numero, & saltem ex  
 Suffraganeis, vel ex aliis tres comitaban-  
 tur, nam Episcopis latus stipantibus ad sue-  
 verat. Legatos Papæ magno honore pro-  
 sequebatur, dicere solitus, duos, non  
 plures, sibi esse Dominos, Papam & Re-  
 gem. Papa Adalberto Privilegium con-  
 cesserat, quo in illis regionibus Vicarii  
 sui munere fungeretur, ipse & Successo-  
 res Episcopatus in toto Septentrione, et-  
 iam invitis Regibus, ubicunq; expedi-  
 re videretur, erigerent, & ipse ex Cleri-  
 cis sibi familiaribus quos vellet ad susci-  
 piendum Episcopatum deligeret.

Sæculum XI.  
 A.C. 1072.

Lamb. 1072.  
 Hist. Archi-  
 episc. Brem.  
 p. 99.

Adalberto successit Liemarum Juvenis  
 maximæ spei, artium liberalium omnium  
 scientia instructissimus, natione Bavarus,  
 ex aulicis ortus Henrici Regis, qui ei  
 Archiepiscopatum Bremensem in Pente-  
 coste ejusdem anni millesimi septuagesi-  
 mi secundi contulit. A Suffraganeis  
 suis ordinatus, accepto ab Alexandro  
 Papa Pallio, illam Ecclesiam triginta &  
 uno annis rexit.

§. XLVII.

*Adamus Bremensis Historiæ Scriptor.*

Adalberto Adamus Canonicus Bremen-  
 sis inscripsit Historiam suam Eccle-  
 siasti-

Sæculum XI. siasticam, quæ origines Ecclesiarum in  
 A.C. 1072. Septentrione, & seriem Episcoporum  
 Bremensium ac Hamburgensium, ab ad-  
 ventu S. Willehadi in Saxoniam, usque  
 ad mortem Adalberti Archiepiscopi, per  
 spatium trecentorum prope annorum  
 complectitur. Cum Adamus illius Præ-  
 fulis anno vigesimo, reparatæ Salutis mil-  
 lesimo sexagesimo septimo, Bremam ve-  
 nisset, Antiquitatem Ecclesiasticam lu-  
 stratis Commentariis manuscriptis, in-  
 spectis epistolis Principum & Summo-  
 rum Pontificum, & denique ex vivæ vo-  
 cis traditione Seniorum, solerter colle-  
 git. A nemine vero vocis obsequio plu-  
 ra accepit, quam a *Suein* sive Suenone  
 Daniæ Rege, qui propagandæ fidei amo-  
 re impulsus ex suis Clericis aliquos mi-  
 serat, in Suecia, in Normannia, id est,  
 Norvegia, Insulisque Fidem Christi præ-  
 dicaturos, quippe literas amabat ille Rex,  
 & advenas humanissime excipere sole-  
 bat. Itaque Adamus post suum in civi-  
 tatem Bremensem adventum, cum mul-  
 ta præclara de Rege ad ipsius aures fama  
 pertulisset, eum adiit, & perbenigne ha-  
 bitus, ex ejus sermonibus totam illam  
 Historiæ partem, quæ ad Barbaros spe-  
 ctat, composuit. Rex ille nomina quo-  
 rumdam Sanctorum, qui ipsius ætate in  
 Suecia & in Norvegia pro Christo passi  
 fuerant, retulit, quorum primus ponti-  
 fut

Sup. lib.

XLIV. §.

15. 44.

Adam. l. III.

c. 5. p. 40.

Lib. IV. c.

16. p. 54.

tur aliquis alienigena, nomine Hericus, Sæculum XI.  
A.C. 1072.  
qui Suecis in remotissima ora positus fidem prædicans capite truncatus est. Alius nomine Alfardus, postquam diu in Norvegia sanctam vitam duxisset, amicorum suorum manibus interfectus est, multisque miraculis eorum sepulchra claruerunt. Ceterum Historia Adami Bremensis sincerissima mente scripta videtur.

## §. XLVIII.

*Res Septentrionis.*

Memoratu digna est, quam Historiæ suæ adnectit Adamus Bremensis, Daniæ, Sueciæ, Norvegiæ & Insularum descriptio, in qua de Suecorum Idololatria in hunc modum differit: *Templum eorum celeberrimum Upsaliæ est, totum auro vestitum, in quo trium Deorum statuæ coluntur. In medio stat thronus potentissimi Dei, quem THOR appellant. Utrinque alii duo VODAN & FRICCON visuntur. Dicunt Sueci, quod THOR aeri, cælo tonanti, fulminibus, ventis, pluviis, quatuor anni tempestatibus, & fructibus præsit. Sceptro manus ejus ornant, estque illis, quod antiquis Romanis Jupiter fuit. VODAN bellis præfectum putant, & eo prope modo quo Martem Romani armatum fingunt. Fricconem pacem hominibus*

Sæculum XI. *bus tribuere, & voluptates concedere credunt, eumque specie erubescenda, qua Veteres Priapum, exhibent. (\*) Viros etiam non nullos adorant, quos ob facta præclara in Deorum naturam transisse fabulantur. Post novem annorum lapsum solent Festum celebrare, quo omnes donumittere Upsaliam tenentur. Nemo ab hac lege eximitur, & Christiani dato pretio de hac superstitione se se redimere coguntur. In illis Sacris novem bruta omnis generis & masculini sexus immolantur, tumque cadavera in luco templo proximo, cujus arbores cunctæ Sacra habentur, suspenduntur. Retulit mihi aliquis Christianus, quod sexaginta humana cadavera cum bestiarum corporibus promiscue pendentia conspexerit.*

Adaluardus, quem Adalbertus Archiepiscopus Episcopum Sictoniensem creaverat, conversis brevi tempore illius urbis civibus & accolis, cum Eginone Episcopo Scaniæ in Dania Upsaliam se conferre statuit, & omnibus tormentis

(\*) De quo Horatius :

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum,  
cum faber incertus scammum, faceretne Priapum,  
maluit esse Deum. Deus inde ego furum  
aviumque

maxima formido —

mentis se se exponere, ut destrueret vel incenderet hoc fanum, Idololatriæ in illa regione Sedem præcipuam, sperans, hujus latibuli ruinam toti nationi salutem fore. At Regi Sueciæ Stenquillo, viro piissimo, comperto, quid Episcopi facere constituissent, consilium non probabatur; unde eos prudenter a proposito abstraxit, denunciatis, ipsos prædicatores protinus capite esse plectendos, & sibi ipsi e Regno migrandum fore, quod maleficos introduxisset, illosque, qui nunc Christianam Religionem profiterentur, ad vomitum redituros, quod malum nuper Sclavi experti fuissent. Duo Episcopi Regis monitis obsecuti, omnia Upsalia, omnes urbes Gothiæ permeaverunt, Idola confregerunt, & multa millia Infidelium converterunt.

Sæculum XI.  
A.C. 1072.

## §. XLIX.

*Sueno Rex Daniæ.*

Rex ille Daniæ, ex cujus ore Adamus tot facta memoria posteritatis digna didicit, erat Sueno, cognomento *Estbriete*, ob matrem suam Canuti Magni Sororem. Paulo post quam is anno millesimo quadagesimo octavo Regnum auspiciatus esset, in Sedem Roschildensem vacantem evectus est Guilielmus natione Anglus, olim Canuto Magno ab epistolis, & Capellanus, vir ad obeundum

*Saxo Gram.  
Lib XI.  
Pontan. l. V.  
p. 180.*

Sæculum XI. munus Episcopale egregiis dotibus &  
A.C. 1072. virtutibus instructus. Porro Scania,  
 quæ hucusque Diœcesis Roschildensis  
 pars fuerat, sub Guilielmo Præsule pro-  
 prios Episcopatus habere cœpit, nam  
 duo in urbibus admodum vicinis, Lun-  
 di\* & Dalbigæ constituti fuere; sed cum  
 \*Lundis.  
 Lunden. Henricus, Episcopus Dalbigensis, nimio  
 potu ingurgitatus crepuisset, Eginus Epi-  
 scopus Lundinensis in utraque Diœcesi  
 sibi vindicavit potestatem, & mors pu-  
 denda Præsulis Sedem Dalbigensem sup-  
 primendi causa fuit.

*Pentan.*  
*p. 193.*

Eodem Suenone regnante, in Jutia  
 Boreali quoque duo Episcopatus funda-  
 ti, videlicet Wiburgensis & Burglavi-  
 sis, qui postea Alburgum translatus. Sue-  
 no autem Religionem Catholicam in re-  
 gno suo munificentia in ornandis ædifi-  
 candisque Ecclesiis, & amore, quo viros  
 Ecclesiasticos doctos piosque prosequ-  
 batur, mire stabilivit; sed ceteras vir-  
 tutes lascivia corrupit, quippe filii unde-  
 cim præter filiam unam ex pellicibus  
 geniti numerantur, cum tamen legiti-  
 ma prole caruerit. Nam cum tandem  
 ad justum conjugium animum adjecisset,  
 & Gutham, propinquam suam Sueciae  
 Regis filiam duxisset, duo Episcopi Egi-  
 nus & Guilielmus conjunctionem contra  
 Canones pugnantem constanter vitupe-  
 rarunt, & nihil non egerunt, quo Regem ad

ad solvendum hoc vinculum permovere. Videntes vero, se operam perdere, querelas ad Archiepiscopum Bremensem detulerunt, qui eum, ut mulierem dimitteret, vehementer hortatus est. Rex offensus Archiepiscopo arma se illaturum minabatur, unde Præsul ratus se Hamburgi tuto non posse versari, Bremam se recepit. Tandem vero ex continuis Guilielmi Episcopi admonitionibus intellexit, quam injuste Antistiti irasceret, seque eo adduci passus est, ut Ecclesiæ Legibus obtemperaret. Ergo Gutham dimittit, quæ ad patrem reversa habitum induit, quo viduæ promote gentis utebantur, & reliquum vitæ tempus, velamenta ornandis Ecclesiis destinata suis manibus texens, in continentia transegit. (\*)

Sæculum XI.

A.C.1072.

Quantum Guilielmi Episcopi auctoritas in Regem valeret, illa potissimum occasione, quam modo referam, patuit. Cum quadam die Rex Optimates ad con-

Saxo Gram.  
l. IX. p.189.

L 5 vivium

(\*) Nempe illa Ecclesiæ ætate alia vigeat Disciplina, nec Episcopi aut Pontifex Romanus in impedimentis matrimonii dispensare solebant. Melior vero videtur Disciplina hodierna, si enim Suenoni Regi data Dispensatione licuisset uxorem aliquo consanguinitatis gradu sibi propinquam, quam amabat, retinere, multo facilius a vaga libidine revocari potuisset.

Sæculum XI. vivium adhibuisset, comperit, eorum  
A.C. 1072. aliquos intemperantiore lingua in se lu-  
 fuisse; non tenuit iram, sed altero die  
 Festo Circumcisionis cavillatores in Ec-  
 clesia Cathedrali Sanctæ Trinitati Sacra  
 occidi iussit. Guilielmus Episcopus  
 summi quidem doloris, quo tanti Sacri-  
 legii fœditas ipsum afficiebat, nullum  
 fecit indicium, atque ad Officium Divi-  
 num ritu solemniter celebrandum se se ac-  
 cinxit. Cum vero moneretur, Regem  
 ad Ecclesiam tendere, non ut mos erat  
 venienti obviam processit, sed ad por-  
 tam subsistens, & limina subeuntis pe-  
 ctori extremam baculi Pastoralis partem  
 objiciens, *siste gradum*, inquit, *latro, ex*  
*cujus manibus humani cruoris rivi de-*  
*fluunt.* His excommunicatum pronun-  
 ciat.

Regii custodes corporis nudis gladiis  
 Præsulem invadunt, perempturi haud  
 dubie, nisi Rex prohibuisset, qui culpam  
 confessus in Regiam rediit, & ornatu  
 Regio deposito vestem pœnitenti con-  
 gruam induit. Interim Episcopus Mis-  
 sam inchoari jubet, jamque *Gloria in*  
*excelsis* cantaturum monent ministri, Re-  
 gem ante ostium pœnitentium & sup-  
 plicum more stare. Tum Episcopus si-  
 lentio cantoribus imperato ad fores pro-  
 cedit, Regemque interrogat, cur in lu-  
 gubri habitu venisset. Ille in pavimen-  
 to

to prostratus crimen iterum confitetur, veniam rogat, promittit, se scandali a se A.C. 1072. Sæculum XI. dati causam remoturum. Et illico Episcopus pœnitentem ab excommunicationis censura absolvit, amplectitur, & erigit, lacrymas detergit jubetque, vestes Regiam majestatem decentes iterum induere. Exinde injuncta ei pœnitentia præcipit, ut accederent omnes Clerici & inter cantus reciperent Regem, quo ad Altare deducto, Missæ Solemnia peregit, populo lætitiâ multis acclamationibus profitente.

Tertia inde die Rex Diademate ornatus in Ecclesiam venit & inter Missæ Solemnia suggestum conscendit. Tum silentium per præconem indicto, peccati sui & scandali dati enormitatem publice recitavit. Laudavit Episcopi indulgentiam, & toti populo significavit, quod ad expiandum crimen, se mandante commissum, mediam partem provinciæ *Steffen* dictæ Ecclesiæ donet. Ex eo tempore inter Regem & Episcopum crevit amicitia, nullis amplius rixis turbata.

§. L.

*S. Anno in gratiam redit.*

**M**ortuo Adalberto Archiepiscopo Bremensi, nullius major auctoritas quam S. Annonis Archiepiscopi Coloniensis in Germania fuit. Cum enim ad Henricum

Sæculum XI. cum Regem Ultrajecti ad celebrandum  
A.C. 1072. Resurrectionis Dominicæ Festum, octava

*Lambert.*

Aprilis anno millesimo septuagesimo secundo commorantem gravissimæ querelæ fuissent delatæ; Justitiam in toto Regno suo conculcari, infirmos & innocentes opprimi, Ecclesias & Monasteria diripi, vel tot malorum imagine commotus, vel clamoribus populi fatigatus rogavit Archiepiscopum Coloniensem, ut, sibi secundus, Reipublicæ curam susciperet. Accedebant suffragia & preces omnium Optimatum. Sed diu repugnavit Archiepiscopus, memor, quam male in aula olim habitus fuisset, & aliunde soli Deo vacans, ægerrime ferebat, se ad negotia sæcularia pertractanda retrahi. Cessit tamen Boni publici amori, Regisque & Optimatum operam suam expectantium concordiam. Brevi temporis spatio rerum facies mutata apparuit, latrocinia repressa, justitia rediit, & S. Archiepiscopus non minus Regia potestate, quam Sacerdotale dignus videbatur.

§. LI.

*Concilium in Anglia.*

*Sup. §. 36.* Alexander Papa judicium causæ duorum Archiepiscoporum Cantuariensis & Eboracensis Concilio Ecclesiæ Anglicanæ commiserat, quod executi sunt Angli in hunc modum: In Festis Paschali-  
*Lanfranc. ep. 3. & to. 9.*  
*Conc. pag. 1213. 1211.*  
libus

libus hujus anni millesimi septuagesimi Sæculum XI.  
 secundi Rex Guilielmus cum Curia sua A. C. 1072.  
 Vintoniæ commorans, cum adessent Epi-  
 scopi quindecim, complures Abbates,  
 Proceres, & Hubertus Ecclesiæ Romanæ  
 Lector, (\*) Papæ Legatus, in Sacello Re-  
 gio congregatos per fidem jurejurando  
 sibi datam obtestatus est, ut hanc causam  
 ea, qua par esset, attentione audirent, &  
 nullo partium studio ducti judicarent.  
 Episcopis utrumque promittentibus, in-  
 fertur Historia Ecclesiastica a Beda scri-  
 pta, leguntur loca ad rem facientia, ex  
 quibus exploratum fiebat, quod a tem-  
 pore S. Augustini, primi Cantuariensium Sup. lib.  
 Episcopi, usque ad obitum Bedæ, nempe XXXVI.  
 centum quadraginta circiter annorum S. 40. lib.  
 spatio, Archiepiscopi Cantuarienses Pri- XLII. §. II.  
 matum in tota magna Britannia & Hi-  
 berna obtinuissent, quod sæpe Ordina-  
 tiones Episcoporum & Concilia in ipsa  
 urbe Eboracensi atque in oppidis vicinis,  
 ubicunque lubuisset, celebrassent, quod  
 Archiepiscopos Eboracenses ad hæc Con-  
 cilia advocassent, & quoties opus fuisset,  
 eosdem ad reddendam rationem facto-  
 rum suorum compulissent. Quod spe-  
 ctabat

(\*) Hubertus Lectorem se subscripsit, sed in  
 Decreto etiam dicitur Subdiaconus. Subscripsit  
 vero primus post Regem, & ante Lanfrancum  
 Archiepiscopum Cantuariensem.

Sæculum XI. Stabat ad Episcopos Dunelmensem\* &  
 A.C. 1072. Licesfeldensem, quos Archiepiscopus  
 Eboracensis Cantuariensi Suffraganeos  
 \* Lindisfar- & subjectos esse negabat, demonstra-  
 nensem. tum, quod illo centum quadraginta an-  
 norum spatio consecrati & ad Synodum  
 vocati fuissent ab Archiepiscopis Can-  
 tuariensibus, qui etiam non nullos eo-  
 rum, accedente Sacrae Sedis auctoritate,  
 deposuissent.

Lecta quoque complura Concilia ab  
 Archiepiscopis Cantuariensibus diversis  
 temporibus celebrata, in quibus omni-  
 bus argumenta Primatus Archiepisco-  
 porum Cantuariensium occurrebant.  
 Lecta sunt Acta Electionis & Ordina-  
 tionis illorum Episcoporum, de quibus  
 agitabatur quaestio, cum chartis ipsorum  
 manibus scriptis, quibus obedientiam  
 Ecclesiae Cantuariensi promittebant.  
 Omnesque praesentes testabantur, quod  
 ea ipsa, quae modo ex Scriptis probata  
 essent, vidissent & audivissent. Illud  
 Res Angliae. etiam ex Historia recitatum; illis tem-  
 poribus, quibus Anglia in plura minora  
 regna divisa fuisset, quemdam Regem  
 Nordhumbriae, ubi urbs Eboracensis po-  
 sita esset, cum illum Episcopatum acce-  
 pta pecunia alicui contulisset, ob Simo-  
 niae crimen ab Archiepiscopo Cantuarien-  
 si in Concilio ad iudicium fuisse voca-  
 tum, venire detrectantem fuisse excom-  
 muni-

municatum, omnesque illius Regionis Sæculum XI.  
 Ecclesias ab ejus communione mansisse A. C. 1072.  
 alienas, donec in Concilium venisset,  
 culpam factus esset, & congrua pœni-  
 tentia satisfecisset. Tandem lecta sunt  
 privilegia aliæque Epistolæ Pontificum,  
 S. Gregorii, Bonifacii, Honorii, Vitalia-  
 ni, Sergii, Gregorii, Leonis IX. diversis  
 temporibus ad Archiepiscopos Cantua-  
 rienteses & Reges Angliæ datæ. Ceteræ  
 vero Summorum Pontificum epistolæ  
 incendio, quo Ecclesia Cantuariæ annis  
 abhinc quatuor conflagraverat, perie-  
 rant.

Thomas Archiepiscopus Eboracensis  
 pro causa sua attulit S. Gregorii Episto-  
 lam, in qua dicit, Ecclesias Londinensem  
 & Eboracensem esse auctoritate æquales, XII. ep. 15.  
 & neutram alteri oportere esse subje-  
 ctam. Sed facile cognoverunt omnes  
 Concilii Patres, hanc epistolam ad rem Sup. lib.  
 non facere, cum Lanfrancus non esset XXXVI.  
 Episcopus Londinensis, & de Ecclesia §. 37.  
 Londinensi nulla moveretur quæstio.  
 Aliqua præterea alia objecit Thomas,  
 quæ Lanfrancus facili negotio diluit;  
 quare eum Rex leniter & affectu pater-  
 no objurgavit, quod paucis argutiis in-  
 structus ad oppugnandum tanti ponde-  
 ris & numeri argumenta venisset. Re-  
 spondit Thomas, nescivisse se Ecclesiæ  
 Cantuariensis jura tanta auctoritate ni-  
 ti,

Sæculum XI. ti, rogavitque, ut, Rege conciliatore,  
 A.C. 1072. Lanfrancus injuriæ oblivisceretur, & sic  
 deinceps in pace viverent, quin etiam  
 charitatis causa tota potestate sua uti  
 nollet. Quæ Lanfrancus, agens Deo  
 gratias, lubenti animo promisit.

Hæc causa, quæ primo ventilata est  
 \*Wenta. Wintoniæ \* in Paschali Solemnitate,  
 postea Windsoræ in Festo Pentecostes  
 finem accepit. Decretum vero Conci-  
 to.9. p.IIII. llii fuit hujusmodi: *Causa duorum Ar-  
 chiepiscoporum jubente Papa & annuente  
 Rege discussa, probatum atque ostensum  
 est, quod Eboracensis Archiepiscopus Can-  
 tuariensi Ecclesiæ debeat subjacere, ejus-  
 que Archiepiscopi, ut Primatis totius  
 Britannia, Decretis, in omnibus, quæ ad  
 Christianam Religionem pertinent, obe-  
 dire. Tum subditur: Archiepiscopus  
 Cantuariensis Archiepiscopo Eboracensi  
 ejusque Successoribus in perpetuum Juris-  
 dictionem in Episcopum Dunelmensem, &  
 in omnem Regionem a terminis Episcopa-  
 tus Licefeldensis & Humberæ, magni fluvii,  
 usque ad extremos fines Scotiæ, ac in  
 omnia, quæ ex hac parte dicti fluminis  
 Ecclesiæ Eboracensi jure competunt, con-  
 cessit.*

Tandem decernitur, ut Cantuarien-  
 sis Archiepiscopus Concilium cogere  
 possit, ubicunque ei visum fuerit, & Ar-  
 chiepiscopus Eboracensis, cum omnibus  
 Episco-

Episcopis sibi subjectis adesse, ejusque Sæculum XI.  
 Constitutionibus Canonicis obedire te- A. C. 1072.  
 neatur.

Rursus: *Lanfrancus ex antiqua Antecessorum consuetudine ostendit, quod Eboracensis Archiepiscopus se Archiepiscopo Cantuariensi subjectum Scripto & addito jurejurando profiteri debeat; sed ob amorem Regis Thomæ Archiepiscopo Sacramentum relaxavit, scriptamque tantum professionem recepit, salvo jure Successorum suorum, qui Sacramentum unacum professione exigere voluerint. Si Archiepiscopus Cantuariensis vitam finierit, Archiepiscopus Eboracensis Doroberniam\* veniat, & eum, qui electus fuerit cum ceteris hujus Ecclesiæ Suffraganeis, ut Primatem suum consecrabit. Quod si Archiepiscopus Eboracensis obierit, is qui ei successurus eligitur, accepto a Rege Archiepiscopatus dono, Cantuariam se conferat, vel ubi Cantuariensi Archiepiscopo visum fuerit, & ab ipso Ordinationem Canonico more recipiat.*

\* Cantuariam.

Huic Decreto subscripserunt Guilielmus Rex, Matildis Regina ejus conjux, Hubertus Legatus Papæ, Lanfrancus Archiepiscopus, Guilielmus Episcopus Londinensis, S. Wulstanus, Vigorniensis, Episcopi alii ex Anglia novem, & ex Nor-

*Hist. Eccles. Tom. XV. M man-*

Sæculum XI.  
A.C. 1072.  
 mannia duo, qui Regem in Angliam sol-  
 ventem secuti fuerant, Odo Bajocensis  
 & Comes Cantii, frater Regis uterinus,  
 & Geofredus Constantiensis, quod etiam  
 locum alias inter Anglorum Primates  
 haberent. Universim Episcopi quindecim.  
 Tum Abbatum undecim nomina  
 leguntur. Thomas Archiepiscopus pro-  
 fessionis suæ chartam, ut in Concilio sta-  
 tutum fuerat, separatim tradidit. Mis-  
 sis vero ad præcipuas Angliæ Ecclesias  
 Decreti Synodalis exemplaribus, unum  
 Lanfrancus Papæ reddendum nunciis  
 tradidit cum epistola, in qua omnia in  
 Synodo acta referebat, rogans, ut sibi  
 privilegium, id est Bullam, concederet,  
 qua jura sua confirmarentur. Simul et-  
 iam Scriptum suum adversus Berenga-  
 rium, quod Papa petierat, transmisit.

Lanfrancus ad Hildebrandum quoque  
*vit. Lanfr.* Archidiaconum, tunc Romæ nemini nisi  
*n. 28. 29.* Papæ secundum, literas dedit. Rogab-  
 bat, ut Epistolam ad Pontificem missam  
 ipse etiam legeret, & judicaret, quid  
 Papa concedere posset. Respondit Hil-  
 debrandus in hunc modum: *Dolemus,*

*Lanfranc.* quod Legati tui optata impetrare non po-  
*ep. 5.* tuerint, nec nos ejusmodi privilegium,  
*ep. 6.* quale petebant, tibi absenti mittere. Non  
 est, cur ea re offendaris, si enim in tabu-  
 lis invenissemus, Archiepiscoporum ulli  
 ab-

*absenti id fuisse concessum, hoc te honore  
lubentissime prosecuti fuissimus, ne longi  
itineris molestiis fatigari coactus fuisses.*  
Nunc autem necessarium nobis videtur, te  
Romam iter suscipere, tum ut de hac cau-  
sa, tum etiam de ceteris omnibus matu-  
rius deliberemus & certius statuta perfi-  
ciamus.

Sæculum XI.  
A.C. 1072.

## §. LII.

*Epistolæ Lanfranci ad Papam.*

Duas etiam habemus Lanfranci literas  
ad Alexandrum Papam datas. In  
una in memoriam ei reducit modum,  
quo invitus in Sedem Cantuariensem  
evectus fuisset, & subjungit: *In sublimi  
loco positus quotidie tantas angustias mæ-  
torem & profectus spiritualis jacturam in  
me ipso patior, in aliis video, audio, &  
experior tantam animorum perturbatio-  
nem, ærumnas, damna, tantam obstina-  
ciam, pravitatem, impudicitiam, tanta  
Ecclesiæ detrimenta, ut me vitæ meæ tæ-  
deat. Sæpe ingemisco, quod in hæc tem-  
pora reservatus fuerim. Nam non so-  
lum quæ nunc sentimus mala sunt, sed et-  
iam multo pejora ventura prævidemus.*  
Itaque, per Deum obtestor te! sicut gra-  
vissimum officium tuo imperio, cui resiste-  
re nefas erat, humeris meis imposuisti,  
ita nunc onus intolerabile eadem auctori-

ep. I.

Sæculum XI. *tate detrabe, & ad institutum monasti-*  
 A.C. 1072. *cum, quo nihil mihi exoptatius obtingere*

*possêt, redire permitte. Petitionem justifi-*  
*simam & necessariam rejicere non debes.*  
 Et inferius: *Si forte putas, non licere ti-*  
*bi has preces audire, ne aliorum saluti*  
*noceas, time potius, ne dum merita tibi*  
*apud Deum comparare credis, peccati*  
*reum te facias. Nam in hac terrarum*  
*parte animabus vel nihil prosum, vel tam*  
*parum, ut id damno meo longe majore*  
*fiat. In fine epistolæ Papam rogat, ut*  
*precibus ad Deum fuis multis vitæ an-*  
*nos Regi Angliæ impetret. Nam ipse*  
*salvo, inquit, utcunque pace fruimur, sed*  
*Guilielmo sublato nec pacem, nec quodcum-*  
*que aliud bonum speramus. Ceterum*  
 Lanfrancus his literis libertatem, quam  
 cupiebat, non est consecutus, sed quoad  
 vixit Archiepiscopus fuit.

ep. 2.

In altera Epistola Lanfrancus Papam  
 in causa duorum Episcoporum Angliæ  
 consulit. Hermannus Wintoniensis,  
 qui olim abdicato Episcopatu vitam mo-  
 nasticam amplexus fuerat, munus, quod  
 denuo receperat, secundo a se amoliri  
 cogitabat, quod jam senio & morbis fra-  
 cto nihil superesset, quam se se ad mor-  
 tem obeundam paratum præstare; id-  
 que rationi consentaneum Lanfrancus  
 existimabat. Alter Episcopus erat Li-  
 cefel.

cefeldensis, cujus nomen Lanfrancus non  
 prodit. Is ad Papæ Legatos delatus, quod concubinas publice aleret, & alia  
 præterea crimina admisisset, cum ad  
 Concilium vocatus non venisset, ex-  
 communicatus fuerat. Postea Regem  
 adiit cum Aulicis Festa Paschalia cele-  
 brantem, & in conventu Episcoporum  
 Procerumque dimisso Episcopatu, in Mo-  
 nasterium, cujus alumnus puer fuerat, se  
 recepit. Dicit Lanfrancus, se rerum  
 Anglicarum etiamnum rudem non aude-  
 re huic Episcopo alium sufficere, nisi prius  
 a Summo Pontifice mandata acciperet.

Sæculum XI.

A. C. 1072.

## §. LIII.

*Monachi in Ecclesiis Cathedralibus  
Angliæ.*

Tandem Lanfrancus ab Alexandro II.  
 Papa obtinuit, ut in Ecclesiis Cathe-  
 dralibus Angliæ Monachi stabilirentur,  
 qui in ipsis primordiis istarum Ecclesia-  
 rum, ut vidimus, introducti fuerant.  
 Sed invidabant Clerici Sæculares, &  
 mutata in Anglia rerum facie, novi Re-  
 gis auctoritate se pulsos monachis subro-  
 gari posse sperabant, nam ille omnes fer-  
 me Episcopos, quos ad suscipiendam  
 hanc Dignitatem in Anglia nominave-  
 rat, ex Clericorum sæcularium ordine

M 3

evo-

Sæculum XI. A.C. 1072. evocaverat. Quin cum rem jam prope  
 confectam crederent, Valquelmus Epi-  
 scopus Wintoniensis quadraginta plus  
 minus Clericos collegerat, rufos & Ca-  
 nonicorum habitu iadutos, qui migran-  
 tibus monachis succederent; nec quid-  
 quam amplius deerat, quam consensus  
 Lanfranci, quem accessurum Valquel-  
 mus nullus dubitabat. Sed nimium  
 quantum fallebatur; quippe Lanfrancus  
 comperto, quid Wintoniensis molire-  
 tur, exhorruit, asseverans, se vivo nun-  
 quam futurum, ut monasticus Ordo pro-  
 brum pateretur. Majora movebantur  
 ad pellendos monachos ex Ecclesia Can-  
 tuariensi S. Salvatoris, quæ primaria  
 erat; tantam agebant hujus Ecclesiæ Di-  
 gnitatem, ceteris omnibus præfectæ, &  
 hujusmodi munera in ea obeunda esse,  
 quæ magis Clericos quam Monachos de-  
 cerent. Vicit vero Lanfranci constan-  
 tia non obstante Regis auctoritate &  
 Optimatum consensu, & quia timebat,  
 ne se defuncto locum haberet mutatio,  
 quam vivus prohibiturum se sperabat,  
 antiquam Monachorum possessionem Au-  
 ctoritate Papali confirmari curavit.

Supereft nobis hæc Alexandri Papæ  
*Alex. ep. 39.* Constitutio ad Lanfrancum Archiepisco-  
*ap. Lanfr. 4.* pum directâ, quamvis non dicat, se ab  
 ipso

ipso rogatum eam edidisse, sed solum ad Sæculum XI.  
 se delatum fuisse, quod Clerici auxilio A. C. 1072.  
 potestatis Sæcularis freti monachos ex  
 Ecclesia S. Salvatoris Cantuariæ ejicere,  
 Clericos introducere, & præterea rem  
 hanc novam in omnibus Ecclesiis Cathed-  
 ralibus Angliæ perficere vellent. Re-  
 fert deinde excerpta ex Epistola S. Gre- XI. ep. 31.  
 gorii, ubi S. Augustino præcipit, ut in inter. 1.  
 Ecclesia sua Cathedrali Ministros Mona- Sup. lib.  
 chos constituat, & ex Epistola Bonifa- XXXVI.  
 cii V. hanc Constitutionem confirman- S. 38.  
 tis. Eandem Alexander Papa addita  
 anathematis comminatione confirmat,  
 sicque Monachis salva possessio Ecclesia-  
 rum Cathedralium in Anglia usque ad  
 Schisma Henrici VIII. fuit.

## §. LIV.

*Concilium Rotomagense.*

Eodem anno, quo hoc Concilium in  
 Anglia habitum, nempe millesimo  
 septuagesimo secundo, Joannes Archi-  
 episcopus Rotomagensis Synodum in Ec-  
 clesia Metropolitana Dominæ Nostræ Ma-  
 riæ cum Suffraganeis suis Odone Bajo-  
 censi, Hugone Lexoviensi, Roberto Sa-  
 giensi, Michaelæ Abrincensi, & Guileber-  
 to celebravit, condiditque Canones vi-  
 ginti quatuor. Ex quibus adnoto se-

M 4 quen-

Sæculum XI.

A.C. 1072.

c. 1.

c. 2.

c. 5.

s. 24.

c. 7.

c. 6.

quentia. Sacra olea, & Fons Baptismalis hora competente, id est, post Nonam consecrentur. Damnatur abusus quorundam Archidiaconorum, qui Episcopo proprio carentes ab aliquo Episcopo exiguam partem olei & Chrismatis accipiebant, ac oleo non consecrato commiscebant, cum totum consecratum esse oporteat. Nullus Sacerdos baptizet infantem nisi jejunus & indutus Stola & Alba, aut nisi necessitas aliud postulet. Generale Baptisma non fiat nisi Sabbato Paschæ & Pentecostes. In Vigilia vel Die Epiphaniæ nemo, nisi ægroret, baptizetur. Parvuli quocunque tempore petierint, baptizentur. Ex isto discrimine conjicere licet, adhucdum illa ætate in Normannia multis adultis Baptismum fuisse collatum.

Confirmationis Sacramentum non nisi jejunis & a jejuno conferatur, idque absque igne non fiat. Verisimiliter ut per ignem seu lumen significetur Spiritus Sanctus. Viaticum & Aqua benedicta ultra octo dies non serventur. Nemo hostiam consecratam iterum consecret. Quod aliqui, non habentes novas hostias, faciebant. (\*) S. Petrus Damiani

(\*) Verba ipsius Conc. sunt: *Alii vero non*

ni quoque ad abusus referebat, Evchari-  
 stiam ultra octo dies servare. Rursus  
 Concilium Rotomagense: Ordines cele-  
 brentur & conferantur sub noctis initium  
 ante Dominicam, aut in Dominica mane  
 continuato Sabbati jejunio, quo tempo-  
 re tunc nihil cibi sumebatur. Clerici qui  
 ordinandi sunt, in Feria quinta ad Episco-  
 pum veniant. Sacerdotes, Diaconi &  
 Subdiaconi, qui feminas sibi usurparunt,  
 Ecclesias nec per se, nec per vicarios re-  
 gant, nec quidquam de Beneficiis per-  
 cipiant. Clerici publice in crimen lapsi  
 neutiquam cito Ordinibus suis restituan-  
 tur, sed post longam demum pœnitentiam,  
 nisi extrema necessitas urgeat.  
 Ut numerus Episcoporum de jure præ-  
 scriptus ad deponendum Clericum im-  
 pleatur, sufficiat si, qui absunt, vicarios  
 miserint.

Monachi vagi, aut ob delicta e mo-  
 nasteriis suis expulsi, auctoritate Episco-  
 pi ad sua monasteria redire compellan-  
 tur. Si eos recipere Abbates noluerint,  
 victum, eleemosynæ nomine, iis dare te-  
 neantur. Ipsi vero manibus laborent,  
 donec morum emendatio cognoscatur.  
 Idem de Sanctimonialibus statuitur.

M 5

Nu-

Canones.

*habentes hostias, consecratas iterum conse-  
 erant; quod terribiliter interdictum est.*

Sæculum XI.

A.C. 1072.

Opusc. 26.

c. 3.

8.

11.

15.

19.

20.

12.

Sæculum XI. Nuptiæ nec occulte fiant, nec post prandium, sed Sponso & Sponsæ jejunis Sa-

A.C. 1072.

c. 14.

17.

21.

22.

cerdos & ipse jejunus benedicat. Nullus, cujus uxor velata fuerit, ipsa superstitite, aliam accipiat. Nullus in Quadragesima prandeat, antequam, Hora nona peracta, Vespertina incipiat, secus non servatur jejunium. In Sabbato Sancto Officium ante Nonam non inchoetur, quia ad noctem Dominicæ Resurrectionis pertinet, & in hoc biduo Sacramentum Missæ non celebratur. Hæ Constitutiones credendi locum præbent, illo ævo morem in diebus jejunii antevertendi tempus prandii atque etiam Officii Divini ortum esse.

p. 64.

Hæ conjectura inde confirmatur, quod idem Joannes Archiepiscopus in libro suo de Officiis Ecclesiasticis adnotet, in Sabbato Sancto Fideles post prandium ad Ecclesiam rediisse, & Completorium

Opusc. 10.

cantasse, cum illa die in primis Sæculis ab omni esca abstinuissent. Hoc Opus Joannes, cum adhuc esset Episcopus Abrincensis, a se compositum Maurilio, suo in Sede Rotomagensi Antecessori, inscripsit. Tractatui Petri Damiani de Ho-

Sup. 5. 44.

ris Canonicis valde simile est, sed amplius, nam de singulis Officiis per totum annum in eo agitur, pluresque antiquorum Ritus notatu digni occurrunt. Ex-

tant

tant epistolæ quinque Lanfranci ad Jo-  
annem Archiepiscopum datæ; unde in-  
telligimus, quanta inter ambos viguerit  
animorum concordia, & quam solícite  
Lanfrancus eam conservare studuerit,  
non obstante nequitia quorundam tur-  
bulenti ingenii hominum, qui susur-  
rationibus Archiepiscopos dividere ni-  
tebantur. In una illarum epistolarum  
Lanfrancus dubia sua circa ea, quæ Jo-  
annes de quibusdam Cæremoniis Eccle-  
siasticis scripserat, exponit.

Sæculum XI.

A.C. 1072.

Ep. 13. 14.

## §. LV.

*Agnes Imperatrix secedit.*

Eadem tempestate in vivis agebat Jo-  
annes Abbas Fecamensis, cujus Scri-  
pta aliqua ad nos usque pervenerunt.  
Erat is natione Italus, patria Ravennas,  
Guilielmi, Abbatis Divionensis, popula-  
ris sui, Discipulus, quo jubente medici-  
næ operam dedit, ejusque virtutum fide-  
lissimus imitator extitit. Ab exigua  
corporis statura Joannetinus dictus est;  
ceterum carissimus Henrico Nigro Im-  
peratori, qui ei Abbatiam tunc vulgo  
*Ehbreitstein* in Saxonia contulit; nam  
præter Fecamum pluribus aliis præerat.  
Rogatus ab Agnete Imperatrice Henrici  
Nigri vidua Joannes Fecamensis Preces

Mabill. to. I.

an. p. 167.

Sup. lib.

LVII. §. 35.

I. LIX. §. 21.

Annal. I. p.

133.

ex

Sæculum XI. ex S. Scriptura & ex Patribus Ecclesie  
A.C. 1072. collectas scripsit, quas deinde Librario-  
 rum oscitantia aut error jam Sancto Am-  
 brofio, jam S. Anselmo, aliisve Auctori-  
 bus attribuit.

*Lambert.* Agnes Imperatrix, cum filii Regis  
 1062. *Sigeb.* juventutem & mores regere prohibita  
 eod. an. fuisset, ad suam ditionem jam anno mil-  
 lesimo sexagesimo secundo se receperat,  
 reliquos vitæ annos more mulieris pri-  
 vatæ exactura. Paulo post mundo va-  
 ledixit, & Romam profecta se totam Pe-  
 tri Damiani curæ & disciplinæ tradidit.

*Lib. VII.* Quod dispicimus ex compluribus hujus  
*ep. 6. 7. 8.* S. Episcopi epistolis & præterea ex quo-  
*Opusc. 56.* dam Opusculo. In eo commemorat  
 Imperatricem, cum ad S. Petri & Pauli  
 limina venisset, jussisse ipsum ante Alta-  
 re confidere, tumque confessione gene-  
 6. 5. rali omnia peccata sua ab anno ætatis  
 quinto exposuisse, seque inter multos ge-  
 mitus & lacrymas de omni motu sensuali-  
 tatis, de omnibus cogitationibus malis &  
 verbis otiosis accurate accusasse. Sub-  
 jungit, se tantæ Pœnitenti nihil aliud in-  
 junxisse, quam ut eo quo cœpisset pede  
 humilis, rigidæ, & castigatæ vitæ ratio-  
 nem, cum singulari virtutis Christianæ  
 exemplo toti Ecclesiæ esset, constanter  
 prosequeretur. Et profecto piissimæ vi-  
 duæ jejunia & vigiliæ vires naturæ exce-  
 dere

dere videbantur. Vestis, quæ feminæ pauperis esse potuisset, elemosynæ pro-  
pmodum immensæ, preces & suspiria ad Deum continua erant.

Sæculum XI.  
A.C. 1072.

Agnes Imperatrix plus quam annis sex in Italia versata in Germaniam venit, anno postquam aulam reliquisset decimo, Christi millesimo septuagesimo secundo. In itinere constitutæ obvium se intulit Rex filius, & Festum S. Jacobi vigesima quinta Julii Wormatiæ celebravit. Suscepti itineris Agneti causa fuit, quod Rudolphum Ducem Sueviæ & Regem filium suum dissidentes reconciliare cuperet, sicque efficeret, ne irritati Principes ad arma & bellum civile prorumperent. Cum ergo Wormatiam multis Abbatibus & monachis stipata pervenisset, Rudolpho feliciter Regi reconciliato, nulla mora interjecta in Italiam viam relegit, quo solius pacis & charitatis studio se advenisse comprobaret. Exinde Imperatrix quinque annis superstes fuit, obiitque Romæ, decima quarta Decembris anno millesimo septuagesimo septimo, postquam amisso conjugē vidua annos viginti duos expleisset, Schismati filii sui semper adversa.

Lamb. 1072.

Bertold.  
1077. Epit.  
ap. Baron.

§. LVI.

Sæculum XI.  
A.C. 1072.

§. LVI.

Robertus Abbas Augiæ divitis de-  
positus.

*Id. an. 1071.* **C**eterum Hugo Abbas Cluniacensis, Im-  
peratricis in hac profectioe comes,  
184. Roberto Abbati Augiæ divitis Pontificis  
epistolas reddidit, quibus deponebatur &  
excommunicabatur. Nam Robertus olim  
Abbas Bambergæ, cum adhuc privatus  
esset monachus, usuris aliisque sordidis  
acquirendi modis vim pecuniæ immen-  
sam cumulaverat; unde ipsum contu-  
bernales sui Argentarium appellare sole-  
bant. Is Abbatum Episcoporumve mor-  
tem impatientissime expectans, cum sua  
opinionem nullus satis cito moreretur,  
centum libras auri daturum se Regi pro-  
misit (ut nihil dicamus de donis, quæ  
Regiis clientibus occulte largiebatur) si  
ejecto Abbate Widerado Abbatiam Ful-  
densem sibi conferret. Verum quidam  
viri pietate & auctoritate conspicui Re-  
gem objurgando effecerunt, ut manife-  
stum contra Justitiam facinus exequi pu-  
deret. Nemo illa ætate magis hoc Ab-  
bate Roberto monachorum famam ho-  
noremque prostituit; is enim sua im-  
probitate occasio fuit nefandi illius ab-  
usus, quo publice in Regia Abbatia va-  
cantes plus pecuniæ daturo offereban-  
tur.

tur. Nec tam magnum pretium sta-  
tui poterat, quo non majus se daturum  
aliquis monachorum polliceretur.

Sæculum XI.

A.C.1072.

Cum igitur Abbatia Augiensis anno  
millesimo septuagesimo primo vacasset,  
Robertus, mille libris purissimi argenti  
in ærarium Regis illatis, eam obtinuit.  
Sed ecce! possessionem adituro Mona-  
sterii Augiensis Advocatus denuncia-  
ri jubet, si ulterius progredi auderet, se  
ditiones Monasterii intranti cum valido  
armatorum agmine præsto futurum. Ro-  
bertus inops consilii & jacturam pecu-  
niæ Dignitatisque dolens, nam interim  
Abbatia Bambergensis alteri obtigerat,  
fortunam armorum experiri, & Simonia  
crimen cædibus ac sanguine tueri con-  
stituit. Sociis vero perspicue demon-  
strantibus, quod viribus majora tenta-  
ret, pudorem non ferens ad prædia  
fratris sui divertit, rei eventum explo-  
raturus. Interim Romæ accusatur, ter-  
que citatur, ut veniret, causam in Con-  
cilio dicturus, cumque contumax non  
pareret, Papa sententiam damnationis  
in eum pronunciat, quam Hugo Abbas  
detulit. Vi hujus Sententiæ Robertus  
excommunicabatur, eidem omni Officio  
Divino, excepta sola Psalmodia, inter-  
dicebatur, ab Augiensi Abbatia, omni-  
que alia Dignitate Ecclesiastica in per-  
petuum

p. 189.

**Sæculum XI.** petuum excluderetur. Ergo miser Ba-  
**A.C. 1072.** culum pastoralem Regi reddere, qua re  
 nihil acerbius ei obvenire poterat, com-  
 pulsus est.

Sigefridus Archiepiscopus Moguntinus profectioe suscepta in Festo Nativitatis Domine Nostræ anno millesimo septuagesimo secundo, tanquam ad S. Jacobum in Gallæcia peregrinaturus, Cluniaci substitit, ubi dimissis omnibus viæ comitibus, & relictis Bonis suis professionem Monasticam amplecti & reliquum vitæ tempus ibi exigere statuit. Sed defuit constantia, nam Clericorum & populi Moguntini precibus flecti se passus ad Festum S. Andreae eodem anno ad Ecclesiam suam rediit.

## §. LVII.

*S. Anno Coloniensis discedit.*

**H**enricus Rex Festum Natalis Domini Bambergæ celebravit, ubi Anno Archiepiscopus Coloniensis, cum aulam ulterius ferre non posset, in qua Justitiæ leges proculcabantur, Regem rogavit, ut sibi onus regendi Rempublicam detraheret, ætate ad ultimam senectutem vergente. Facile talia petenti annuit Rex, qui jam diu intelligebat, quantum Præsul vitii suis & juvenili morum  
 dissi-

dissolutione offenderetur, ac irasceba- Sæculum XI.  
 tur, quod suis cupiditatibus auctoritate A.C. 1072.  
 Sacerdotali, quantum reverentia Regiæ  
 Majestatis permittebat, obsisteret. Ar- Lamb. ann.  
 chiepiscopus impetrata discedendi venia, 1075. p. 231.  
 ad Monasterium Sigebergense, cujus ipse  
 Fundator erat, se recepit, ibique tres vi-  
 tæ annos, quibus supervixit, in vigiliis,  
 jejuniis, orationibus, quas largis elec-  
 mosynis commendabat, nunquam nisi  
 necessitas cogeret, exiens, transegit.

Rex vero ab aspero monitore libera-  
 tus, illico nemine ruinam sustinente li-  
 centius in omnis generis crimina proru-  
 pit. In omnibus montibus clivisque  
 Saxonix & Thuringiæ munitas arces con-  
 dere cœpit, iisque præsidium militum  
 imposuit, quibus, ut haberent, unde ale-  
 rentur, potestatem fecit, planæ regionis  
 incolas direptionibus vexandi, atque ad  
 præstandam operam vectigalem in ex-  
 tractione novarum arcium cogendi. Ut  
 autem injustæ molitioni speciem æqui-  
 tatis præberet, Archiepiscopum Mogun-  
 tinum ad petendas a Thuringis decimas,  
 quod Præsul jam ab aliquot annis ex-  
 optabat, suis verbis accendit, promit-  
 tens, se imperata facere detrectantes ar-  
 mis ad obediendum compulsurum, ea  
 conditione, ut ipse cum Archiepiscopo  
*Hist. Eccles. Tom. XV.*      N      De-

Sæculum XI. Decimas partiretur. Lucelli spe captus  
A.C. 1073. Sigefridus Concilium Erfordix decima  
 Martii anno millesimo septuagesimo ter-  
 tio celebrandum indixit.

## §. LVIII.

*Concilium Erfordienſe.*

*Lamb. an.* Statuto die aderat Rex, aderat Archi-  
 1073. episcopus, stipatus uterque magno  
*tom. 9. Conc.* grege Philosophorum, quos ex diversis  
 p. 1230. locis summo studio conciverant, ut Ca-  
 nones pro voluntate Præsulis explica-  
 rent, & causam ejus deficientibus veris  
 argumentis saltem sophisticis roborar-  
 ent. Assidebant Episcopi quatuor Her-  
 mannus Bambergensis, Hecel Hildeshei-  
 mensis, Eppo Citicensis, & Benno Osnab-  
 rugensis, qui obfirmata mente vene-  
 rant Regi & Archiepiscopo adulatori,  
 quamvis plerisque ipsorum factum non  
 probaretur. Sed ne libere, quod sen-  
 tiebant, eloquerentur, & Regis terrore  
 & privata Archiepiscopi amicitia inhi-  
 bebantur. Habebat præterea Rex circa  
 se armatorum copias non modicas, qui-  
 bus eos, qui forte negotium interturbare  
 conarentur, coerceret.

Thuringorum spes & fiducia potissi-  
 mum in Abbate Fuldensi & Abbate Her-  
 veldensi nitebatur, quod hi Ecclesias  
 Decim

Decimales plurimas, & prædia infinita haberent in Thuringia. Qui publice interpellati pro Decimarum redditione, primo per Deum rogarunt Archiepiscopum, ut antiquitus tradita monasteriis suis jura rata inconvulsaque manere sineret, quæ Sedes Apostolica veteribus & recentibus Scriptis firmasset, & Antecessores ejus usque ad Luipoldum Episcopum nunquam infringere tentassent. Id atroci responso Archiepiscopus reperit, scilicet Antecessores suos, ipsorum ætate, suo arbitrato Ecclesiam Dei moderatos fuisse, eosque rudibus in Fide auditoribus, & pane adhuc Neophytis, lac potum dedisse, non escam; & sapienti dispensatione multa indulgisse, quæ processu temporis, dum in fide convalescent, Successorum suorum industria resecuri vellent. *Ego vero, addebat, jam adulta Ecclesia, a filiis Leges Ecclesiasticas servari exigo.* Proinde nihil eis superesse, quam ut acquiescerent, vel a Communionem Ecclesiæ separarentur. Tum Abbates rursus per Deum orare, ut si in Romani Pontificis auctoritate, si in Caroli aliorumque Imperatorum privilegiis, si in Antecessorum ejus Moguntinorum Pontificum indulgentia nihil sibi præsidii aut spei reliquum esset, ipsarum saltem Decimarum eam ipse

Sæculum XI. partitionem fieri sineret, quam Cano-  
A.C. 1073. num Scita æquam judicassent, & cete-  
 ræ orbis terrarum Ecclesiæ usitatam ha-  
 berent; scilicet ut quarta parte ipse pro  
 suo suorumque Servitio contentus, tres  
 reliquas Ecclesiis, quibus antiquo more  
 deberentur, relinqueret. Respondit  
 Archiepiscopus, non ea mente se tantum  
 laborem trivisse, & jam per decem fer-  
 me annos laboriosum hoc saxum volvis-  
 se, ut ultro jure suo cederet. Primus  
 ac secundus dies in hac concertatione  
 jam fluxerat, ancipiti adhuc fortuna,  
 utra pars victrix futura esset. Jamque  
 in eo res vertebatur, ut Thuringi, im-  
 probata Synodo, Sedem Apostolicam ap-  
 pellarent. Sed Rex sub attestatione No-  
 minis Divini affirmabat, se in eum, qui  
 id præsumpsisset, capitali sententia animi-  
 adversurum, omnia quæ ejus essent  
 usque ad internecionem dissipaturum,  
 clademque ejus diei multis postea sæcu-  
 lis non abolendam. Ita Abbas Herve-  
 lensis suorum Subditorum periculo con-  
 territus, quoniam aliud rebus in arctum  
 conclusis non patebat effugium, rem  
 consilio Regis permisit, quatenus prout  
 ipse bonum & æquum judicaret, causam  
 inter se & Archiepiscopum terminaret.  
 Postquam diu deliberatum, in hæc pæ-  
 cta consenserunt; ut Abbas in decem  
 suis

fuis decimalibus Ecclesiis duas partes <sup>Sæculum XI.</sup>  
 decimarum, tertiam Archiepiscopus ac- <sup>A.C.1073.</sup>  
 ciperet. In reliquis vero ejus Ecclesiis  
 dimidia pars Abbati, dimidia Archiepi-  
 scopo obtingeret. Ubi vero Ecclesia de-  
 cimalis tota Archiepiscopi esset, tota ei  
 illic decima cederet. Præterea ut omnes  
 Archiepiscopi ditiones, in quacunque  
 positæ essent Diœcesi, ab hac exacti-  
 one immunes manerent.

Abbate Herveldensi sub jugum misso  
 Thuringi omni spe adempta, eo quod in  
 illius prudentia & eloquentia plurimum  
 fiduciæ sibi posuissent, decimas se datu-  
 ros sine mora promiserunt. Fulden-  
 sis Abbas aliquot postea diebus in propo-  
 sito perstitit, sed tandem Regis timore su-  
 peratus conditionem iniit, ut in cun-  
 ctis decimalibus Ecclesiis suis partem di-  
 midiam decimarum ipse, dimidiam Ar-  
 chiepiscopus acciperet, ditiones vero  
 proprias, sicut Archiepiscopus, omnes  
 ab omni decimarum redditione liberas  
 haberet. Tum Rex sciens, haud bene  
 placitura Romano Pontifici, quæ gesta  
 fuerant, utrique Abbati præcepit, nisi  
 gratia sua excidere vellent, ut neque per  
 se ipsos, neque per Nuncios Apostolicam  
 Sedem interpellarent. (\*) Henricus re

N 3 ut

(\*) In Actis Conc. Edit. Par. an. 1714. ad-  
 ditur

Sæculum XI. ut exoptabat perfecta Ratisbonam con-  
A.C.1073. tendit, ubi Festum Paschæ, quod hoc  
 anno millesimo septuagesimo tertio in  
 ultimum diem Martii incidebat, cele-  
 bravit.

## §. LIX.

*Alexandri II. extrema.*

*Papebr. con.* Alexander II. Papa rebus humanis ere-  
 ptus est paulo post, nempe vigesima  
 die Aprilis anno millesimo septuagesimo  
 tertio, atque in Basilica S. Petri sepultus,  
 postquam Sacram Sedem annos undecim,  
*Chron. Caff.* menses sex & dies viginti duos tenuis-  
*III. c. 36.* set. Duo miracula vergente ad finem  
 vita edidisse fertur. Nempe librasse a  
 Damone quemdam in monte Cassinensi  
 Energumenum, & sanasse quamdam mu-  
 lierem claudam in civitate Aquinatensi,  
 huic enim cum aquam, qua post celebra-  
 tam Missam manus abluerat, dari iussis-  
 set, bibit illa & repente sanitatem pedis  
 recuperavit. Ceterum Alexandri II.  
 Epistolas habemus quadraginta quinque.  
 Plerasque summatim retuli, & in ceteris  
 quæ sequuntur adnotavi.

Mari-

ditur Annotatio: Ita absoluta est tyrannice cau-  
 sa . . . . Hucusque Acta Latrocinii Henrici  
 ni ex Lamberto narrata &c.

Marito vitam monasticam amplecti non liceat, nisi ejus uxor libere consentiat, & ipsa quoque continentiam se servaturam profiteatur. Si quis neglexerit Subdiaconatum suscipere, priusquam Diaconus & Presbyter ordinatus fuerit, ei omnibus officiis Sacerdotalibus interdicitur, donec Subdiaconus ordinatus fuerit. Presbytero epileptico Sancto Sacrificio interdicitur, si frequens sit paroxismus.

In iisdem epistolis complura exempla pœnitentiæ Canonice occurrunt. Cui-dam Presbytero, occiso alio Presbytero, viginti octo annorum pœnitentia peragenda erat, quam Papa ad dimidium tempus reducit, adnotans, quod tribus primis annis ab ingressu in Ecclesiam arceri debeat, quod ei ministerio Sacerdotis, quoad vixerit, interdictum sit, & in monasterium se recipere teneatur, ubi sub regimine Abbatis pœnitentiam impleat. Laicus, qui occidit Presbyterum manu militari se invadentem, annorum decem pœnitentiam agat, & annis septem Ecclesiam non ingrediatur. Frater, qui nolens causam posuerat mortis fratris sui, & parens, qui filium, id minime intendens, occiderat, nihilominus septem annorum pœnitentia damnantur, & tribus primis annis a S. Commu-

N 4. nione

Sæculum XI.

A.C. 1073.

ep. 11.

ep. 32.

ep. 36.

ep. 29.

Sæculum XI. nione arcentur. In quolibet autem ca-  
A.C.1073. su jejunia, aliaque opera a pœnitente  
 peragenda, præscribuntur, & Episcopo  
 aliquam partem relaxandi licentia da-  
 tur.

## §. LX.

*S. Joannis Gualberti obitus.*

*vit. n. 69.* Eodem anno millesimo septuagesimo  
 tertio, duodecima Julii, mundo dena-  
 tus est S. Joannes Gualbertus, Congre-  
*Mart. Rom.* gationis Vallis Umbrosæ Fundator, in  
*12. Jul.* Monasterio Passinianensi prope Floren-  
 tiam, ubi ejus Reliquiæ custodiuntur.  
 Cum defuncti tumulus compluribus cla-  
 reret miraculis, Sæculo sequente a Coe-  
 lestino III. Papa Sanctorum catalogo ad-  
 scriptus est, ejusque memoriam Eccle-  
 sia in die obitus colit.

